tum.habens odorem dulcedini mixtū cū mul
ta aromaticitate ⁊ ſubruſum.Quod autē ſub/
albidum eſt aut nigrum abijciendū : ꝑ decem
annos poteſt ſeruari.Dyaſ.ſm tranſlationez
noſtram capitulo de cinamomo. Cinamomi
genera multa ſunt.ſed melior eſt omnib⁹ que
eſt ſimilis caſſie maſſolites:qui recens fuerit
⁊ niger colore.⁊ qui miſſus ī vino ſoluat ſe.vir/
gulas habens teneras ⁊ lenes ⁊ nodis plenas
⁊ cū odore pleno veluti rute acer atq; mordax
guſtu in ſi͠litudine naſturcij ſeminis cū q̃daz
ſalſedine ⁊ feruore et parua viſcitudine. cuius
haſte cum fregeris emittūt puluẽres odore om
nia vincentes.has haſtas cum a terra euulſe/
ris:radices earundem ſequuntur.Hec eſt ꝓ/
batio optimi cinamomi.Eſt etiam alterum ge
nus cinamomi montanum tactu aſperi⁹ hoc
groſſius eſt et ſubruſum colore.Tertium ge/
nus eſt ſimile caſſie maſelliotice ſub nigellum
collore tactu lene ⁊ non multos habēs.Qua/
rum genus eſt colore albo:tactu molle : ſimile
caſſie.in robore groſſum ⁊ fragile ⁊ radicibus
maius.Quintum genus eſt odore ſimile caſ/
ſie colore ſubruſum ⁊ corio caſſie ſimile.haſtā
in ſe habens fortiorem cum radicib⁹ groſſiori
bus ſimilib⁹ libanotido:⁊ multas haſtas reti/
nens ſimiles mirte ⁊ caſſie:ſed non tantū odo/
re plenum.Eligendum eſt autem cinamomū
primi generis colore ſubnigrum ſcabioſum.et
ſemen habens ſimile piperi ⁊ lene lignū : cui⁹
radix inutilis eſt.Sextum genus eſt cinamo
mi.quod appellatur totos ⁊ motos :ſed nec vir/
tutem nec odorem habet.Septimum genus
eſt quod a grecis nominatur xilocinamomum
id eſt lignum cinamomi.radicem habens ma
iorem cum haſtis nodoſis ſimilibus cinamo
mo.⁊ in odore non ſuaue.hoc dicunt aliq̄ me/
lius eſſe cinamomo.

Operationes

¶Serapion aucto.Gal. Subſtātia cinamo A
mi eſt ſubtilis.⁊ virtus eius eſt calida in tertio
⁊ nō eſt aliqua medicina calida cuius deſicca/
tio eſt ſicut deſiccatio eius ꝓpter ſubtilitatem
ſue ſubſtantie. Sed illa ſpecies q̄ dicit̃ Keiſe
eſt cinamomū quaſi debile.Et ſunt quidaz no
mina in cinamomū zor.

¶Et dixit Gal.in libro de cibis: ꝙ cinamomū B
aromatizat ſtomachū.⁊ ꝯfert frigiditati eius:
⁊ frigiditati epatis.

¶Et facit euenire ſomnū.⁊ aperit opilationes C
⁊ prouocat menſtrua.⁊ abſtergit obſcuritatem
viſus.

¶Et deſiccat humores q̄ ſunt in capite ⁊ ī ſto/ D
macho.Et de ꝓprietate vſus eius eſt ꝙ vſus co
meſtionis eſt ꝯferens obſcuritati viſus q̄ acci/
dit ab humorib⁹.

¶Et idem aucto.Dyaſ.Cinamomū ingredit̃ E
ꝯfectionē medicinarū odoriferarū bonarum.
⁊ eſt maximi iuuamenti.⁊ teritur ⁊ ꝯficit̃ cum
vino bono.⁊ fiunt inde trociſci.q̄ deſiccantur
⁊ reponuntur in vmbra.et ſic virtus eius diu/
tius ſeruari poteſt.

¶Dyaſ. Virt⁹ omi cinamomo eſt calida ⁊ diu/ F
retica ⁊ malactica ⁊ leptintica.

¶Et potatū cū aqua ſecūdinas mulieꝝ exclu G
dit.⁊ menſtrua ꝓuocat. Meli⁹ his reb⁹ opitu
lat̃ ſi mirre fuerit mixtum.

¶Venenatis morſib⁹ occurrit vel veneno po H
tato:caligines oculoꝝ detergit cum melle tritū.
maculas vel lentigines de facie purgat.

¶Tuſſim ſedat.catarrum mitigat. ydropicis I
medetur.

¶Neſreticis vtiliter dat̃. Miſcet̃ etiā ꝯfectio/ K
nib⁹ occullarijs ⁊ in oīb⁹ vtiliores inuenitur
vires habens ⁊ guſtum acrem extenſa ſtringit
Et in antidotis p̄cioſum eſt.

¶Gal.vij.ſimpli.far.cap.de cinamomo. Cina L
momū ſumme eſt ſubtilium partiū:non tamen
ſumme calida.ſed in tertio gradu.⁊ deſiccatio
eius eſt ſicut calefactio ipſius ꝓpter ſubtilitatē
ſubſtantie ſue. Sed canella cinamomū eſt q̄ſi
cinamomū debile.Et quidā etiam caltion vo/
cant cinamomū.Et quidaz ſunt qui nominā̄t
cinmmomum azet.

¶Auicenna li.ij.cap.de cinamomo. Cinamo M
mū vltimū eſt in ſubtilitate.attractiuū.aperiti
uum.rectificans omnē putrefactionē :⁊ omnē
virtutem corruptam:⁊ omnem ſanioſitatē hu/
moralem.

¶Et idem in libro de viribus cordis ait ꝙ cō/ N
fortat cor.



Capitulum.cxxiiij.

Iminum quoddam eſt quod dicitur
c ciminum carmenum.quoddã quod
dicitur ciminum regale. quoddaꝫ qđ
dicitur ciminum album.quoddam ciminũ ru-
ſticoꝝ.quoddã ciminum ethiopium. quoddã
ciminũ baſilicum.quoddam ciminũ egyptiũ.
quoddam ciminum dulce.quoddã ciminum
agreſte.quoddam quod dicitur ciminum pla
tociminum.Ciminum carmenum.id eſt ſiſe-
leos.Ciminum album idem quod ſupra. Ci-
minum dulce idem quod ſupra.Ciminum ru
ſticoꝝ idẽ quod ſupra ſimiliter..Ciminũ ethio
pium eſt quoddã ſemen ſimile ameos ⁊ eſt git:
ſicut apparet infra in capitulo Git.de g.Cimi-
num baſilicum idem qđ ſupra.Ciminũ egipti-
um eſt ciminũ vſuale.Ciminũ agreſte eſt illud
qđ per Dyaſcoꝛidem multa in capitulo iſto de
ſcribitur.Platociminũ.id eſt ſiſeleos.Ciminũ
vſuale eſt ſemen herbe in multa quãtitate na-
ſcens ꝑciſe vt ꝑſens figura iſtiꝰ capituli oſten-
dit.virtutem habet diureticã.⁊ ſubtiliandi fu-
moſitates. Eſt calida ⁊ ſicca in tertio gradu.
Et quidam dicunt ꝙ eſt ſicca in ſecundo. Ga
lienus.vij.ſimpli.far.cap̃.de Cimino.Cimini
ſemine maxime vtitur ſicut et aniſi et leuiſtici
⁊ carui ⁊ petroſilini.Eſt aũt calefactiue virtu
tis ſicut illoꝝ ſingulũ ⁊ diureticei ⁊ deſtructiue
ventoſitatꝫ.de tertio gradu exiſtẽs calefacien-
tium.Dyaſcoꝛides cap̃.de Cimino.ſm tranſ-
lationem noſtrã. Ciminũ quoddam eſt vſua-
le.quoddam egiptium.et quoddam oꝛitur in
alijs partibꝫ.et iſtud eſt ciminũ noſtruꝫ qđ cõ-
muniter habemꝰ in vſum et euſtomaticum eſt.
Sed plus illo quod oꝛitur in egipto qđ ypo-
balſamũ vocat.Unde tale ciminum vſuale in
oĩbꝫ prouincijs inuenit̃. Sed ciminũ agre-
ſte naſcit̃ in calcedonia ⁊ hyſpania.virgã habꝫ
duabꝫ palmis longã.in qua folia naſcũt̃ quat-
tuoꝛ aut ꝙnqꝫ.⁊ tenuiſſima ⁊ diuiſa ſicut gin-
gidiũ.in qua virga ſunt capitella ꝙnqꝫ aut ſex
rotunda ⁊ mollia.in quibus eſt ſemen quod ſi
guſtui applicaueris viſcidioꝛ eſt noſtro. Naſci
tur locis humectis.Ciminũ noſtrũ vſuale ha
bet virtutem ſeranticam ⁊ feruenteꝫ ⁊ mictua
lem ⁊ ſtipticam.Serapion li.aggre.ca.camin.
auc.Dyaſco.Camin.id eſt ciminum noſtrum
quod vocatur egiptium.Et eſt aliud ciminum
quod dicitur carmenum.Et eſt aliud qđ dici-
tur agreſte.Et eſt quoddaꝫ ex eo boni ſapoꝛis.
eſt ꝓꝑie carmenũ.⁊ ipiꝰ expoſitio eſt regale.Et
poſt ipm eſt babilonicũ.Et idẽ auctoꝛitate Ga
lieni.ex eo eſt domeſticũ ⁊ agreſte. Domeſticũ
vero eſt quod magis adminiſtratur ⁊ maxime
ſemen ſicut adminiſtratur ſemen aniſi ⁊ leuiſti
ci ⁊ carui ⁊ apũ montani.virtus eius eſt calida
in tertio gradu.

Operationes

¶Dyaſcoꝛides. Ciminũ noſtrũ toꝛtionibus ⁊ A
inflationibꝫ in oleo coctũ ⁊ ſuppoſituꝫ medet̃.
cathaplaſmatibꝫ miſcet̃. oꝛtonoicis cũ puſca
neceſſarie datur moꝛſibus venenatis cũ vino
opitulatur.
¶Tumoꝛem teſtium admixta pollina fabe ⁊ B
vue paſſe ⁊ ceroτis impoſituꝫ medicatur aceto
mixtum menſtrua abſtinet:⁊ ſanguinẽ nariũ
ꝓfluentem ſic ſtringit.potui datũ ſiue inunc-
tum palloꝛem facit.
¶Et quia calidiſſimũ eſt doloꝛeꝫ veſice placat: C
⁊ calculos iuuat.
¶Semen cimini agreſtis toꝛſiões ⁊ inflatio D
nes aque mixtuꝫ ſaluberrime curat. Cũ aceto
ꝑo ſubglutientibꝫ opitulat̃.Uenenis occur-
rit.doloꝛem ſtomachi compeſcit.
¶Maſticatum ⁊ impoſitum liuoꝛes detergit E
Melle addito ⁊ vua paſſa omnia ſimiliter fa-
cere nouit.In hoc flos naſcitur niger veluti
ſemẽ qui bibitus ſimilis eſt melantio.Moꝛſi

bus venenatis occurrit. Stranguirijs ⁊ dolo
rib⁹ veſice preſtet effectum.

F ¶ Et coagulatū ſanguinē p vrinā mingi facit
Maxime ſingulare pſidiū eſt ſi bibitū fuerit
cū elixatura apij.

G ¶ Auicenna li.ij.cap.de cimino. Ciminum ſcꝫ
noſtrū vel vſuale expellit ventoſitates ⁊ reſol-
uit. ⁊ in ipſo eſt inciſio ⁊ exiccatio. et in ipſo eſt
ſtipticitas cum lauatur facies ex aqua ipi⁹ cla-
rificat eam. et ſimiliter eius acceptio ⁊ vſus ip-
ſius cum mēſura eius nanqꝫ nimius vſus fa-
ciem citrinat.

H ¶ Et adminiſtratur cum ceroto aut oleo ⁊ mel
le conſolidat vulnera proprie ſilueſtre. Cuius
ſemen eſt ſimile ſemine lini. cum ex eo implent
vulnera.

I ¶ Cum teritur ciminum cum aceto ⁊ fit odora
mentum ex eo abſcindit fluxum ſanguinis na
rium. et ſimiliter cum ex eo intromittitur lici-
nium in naribus.

K ¶ Et qñqꝫ maſticatur ⁊ miſcetur cum oleo ⁊ di
ſtillatur ſuper vngulam ⁊ ſuper coagulatum
ſanguinem ſup oculo et confert.

L ¶ Et qñqꝫ maſticatur cum ſale ⁊ diſtillat ſpu-
tum ſuper ſcabiem ⁊ ſebel et vngulā abſciſam
⁊ prohibet adherentiā. et ſuccus ſilueſtris ab-
ſtergit viſum. ⁊ attrahit lacrimas. et nomina
tur grece fumus.

M ¶ Et ipſum etiam ponitur in cauterijs euul-
ſionis pilorum in oculo et non naſcitur. Et
quando bibitur cum aceto mixto cum aqua cō
fert difficultati anhelit⁹: et tremori cordis fri-
gido.

N ¶ Et adminiſtratur cum oleo ſuper apoſtema
ta teſticuli. Et quandoqꝫ adminiſtratur cum
oleo et farina fabarum: ⁊ frangit lapidem: et
proprie ſilueſtre.

O ¶ Et confert diſtillationi vrine et mictui ſang-
uinis: et dolori pungitiuo ventris: et inflatio-
ni. ⁊ ſuccus ſilueſtris triti cum aqua mellis ſol
uit ventrem.

P ¶ Inquit rurſus. Ciminum nabatium ſoluit
ventrem. carmenum vero non ſoluit: immo
ſtringit.

Q ¶ Et herba ſilueſtris prouocat coleram in vri
na: ⁊ datur in potu cum vino ad morſum ver-
mium venenoſorum. et proprie ſilueſtre. cuius
ſemen eſt ſimile ſemini lini.

Capitulum. cxxiiij.



Itrullus. Iſaac in dietis pticularib⁹.
c li.iij.cap.de citrullis. Sūt frigidiores
⁊ grauiores cucumeribus. frigiditas
enim eorum eſt in fine tertij gradus.

Operationes

¶ Sera. li. aggre. ca. tabera. auc. Gal. Citrull⁹ A
frigidior eſt cucumere ⁊ generat chimū viſcoſū
⁊ hūores crudos ī venis: ⁊ accidūt ex eſu ei⁹ fe
bres antiq male. neqꝫ puocat vrinā ſic melon.

¶ Et nocet ſtomacho q̄re oportet qui vult vti B
eis vt vtatur ameos niſi ſtomacho eius ſit val
de calidus.

¶ Et idē auc. Habix. Aque citrulli ⁊ cucume C
ris ꝯfert inflamatōib⁹ febrium ⁊ ſedat ſitim.

¶ Et laxat ventrē laxatōe bona ſine nocumēto D
aliq̄: ⁊ debet bulliri cū zuccaro albo: ⁊ nō opor
tet q̄ dent habētib⁹ naturā durā ad mouēdū ni-
mis. quia illa aqua non habet tantam virtu-
tem q̄ laxat naturā duram. ⁊ ſi ipſa faceret mo-
ram in ſtomacho forſitan induceret laborem
⁊ nocumentum et inflationes.

¶ Rabi Moyſes. Citrull⁹ cum eius digeſtio E
tardatur generat humores venenoſos.

¶ Iſaac in diet. pticularib⁹ li.iij.cap.de citrul F
lis. Sunt frigidiores ⁊ grauiores ⁊ cetera. pro
inde groſſum generāt flegma ⁊ neruoſitati ſto
macho magis nocēt cucumerib⁹.

B ¶ Rurſus ꝓpter ſuã duriciẽ ⁊ frigiditatẽ ſunt groſſoꝝ humoꝝ generatiui. qđ certificat̃. quia citrulli in ſtomacho morã facientes venenoſorũ corruptionẽ ſubeunt humoꝝ. Citrulli magis ſtomacho nocent: medulla tñ eoꝝ ꝑfectiorem generat chimum



Capitulum. cxxv.

Citrum. Auicenna li. ij. cap. de Citro.
c Citrum omnib₉ eſt notum. et oleũ ipſius factum ex eo ⁊ ex cordicib₉ eius eſt forte. ⁊ factum ex flore ipſi⁹ eſt debilius omni alio. Cortex ei⁹ eſt calida in ꝑmo. ſicca in fine ſecundi. Et eius caro eſt calida in ꝑmo. ⁊ humida in ſecũdo. Quidam aũt dixerũt ꝙ eſt fri. ⁊ hu. in ſecundo. ⁊ eius fri. magis eſt. et ipſius acetoſitas fri. et ſic. eſt in tertio. ⁊ ei⁹ ſemẽ cali. in ꝑmo. ſic. in ſecundo. Idem. Cortex eius eſt temperatus in caliditate. ⁊ eſt ca. in ꝑmo gđu. ſic. in ſecũdo. Semen eius eſt cali. cũ forti ſiccitate. Pulpa ei⁹ fri. ⁊ hu. Galien⁹. vij. ſim. far. cap. de Citro. ſm tranſlationẽ grecam. Milia indica. id eſt citrum huius fructus ab omibus nominat̃ citrum. in ſemine quidem acida q̃litas ⁊ ſiccatiua dominãt̃ vt ſecũdi ſit grad⁹ ſiccatiuum ⁊ infrigidatiuũ. in cortice ꝟo ſiccatiua participat complexione. nõ modicam tamẽ habens acedinem. quo circa ⁊ ſiccat hic cortex ſecundũ tertiũ gradũ. non tamen eſt frigidius ſed vel cõmoderate vel infra. Caro vero eius groſſarum partium eſt et flegmatica ⁊ frigida. Ipſa itaqꝫ comeditur ſicut ⁊ cortex eius eſibilis eſt. ⁊ humidum quid habet acidum. de quo prius locutus ſui. Et quidem in eo inuenitur quod vere eſt ſemen. amarum autem. et eſt palam quoniam dyaforetice eſt ⁊ ſiccatiue virtut̃ in ſecundo fere gradu recedens a cõmoderatis. ⁊ folia ſunt exſiccatiue ⁊ dyaforetice virtutis. Et idem in eodem libro ⁊ eodem capitulo ſm tranſlationem ara. Hatrox. id eſt citrum et eſt pomum aque. cortex eius non eſt frigidus. imo eſt aut equalis complexionis. aut minus equalis parum ⁊ exſiccat quantum eſt de virtute et complexione ſua exſiccatione habente acuitatem non paucam. Et ideo exſiccatio ei⁹ deuenit ad ſecundum gradum. Semen ſiccũ in ſecundo gradu. Folium eſt eiuſdem virtut̃ exſiccatiue et reſolutiue. ¶ Dyaſcorides capitulo de Citro. Citri nõ in partibus omnibus vis vna eſt eadẽ natura vel virtus. Nam medulle eius vbi eſt ſemen acidam poteſtatem ac per hoc ſtipticã ineſſe manifeſtum eſt. Idem. Citrum habet ſemen ſimile ſemini pirorum.

Operationes.

¶ Auicenna libro vt ſupra. Caro eius inflat. ⁊ folia eius ſedant inflationem. et eius flos eſt ſubtilior eis. ⁊ eius acetoſitas eſt ſtiptica frangens coleram rubeam: A

¶ Et eius ſemen ⁊ cortex in pannis prohibet tineas. et eius odor rectificat corruptõem aeris ⁊ peſtilentiam. ⁊ accetoſitas eius abſtergit coleram rubeam. B

¶ Et aufert pannum q̃od eſt ex cortice eius aduſtum eſt bonum in albaras linitum. Et decoctio eius efficit odorem bonum oris. Et eſt impiguatiua corporis C

¶ Et cortex eius recentis in ore odorem oris efficit bonum. et eius decoctio ſimiletur cum retinetur in ore. et accetoſitas eius valet impetigini illinita. D

¶ Eius oleum valet mollificationi neruorum. et nõ fiat niſi ex cortice eius. ⁊ ꝯuenit paraliſi. ⁊ ipſi⁹ accetoſitas eſt mala neruis. E

¶ Confert torture oris cũ fit collirium ex acetoſitate ei⁹. ⁊ remouet ycterіciam oculi. Eius acetoſitas ſedat tremorẽ cordis calidi. Et nutritũ eſt bonum gutturi ⁊ pulmoni. F

¶ Sed eius accetoſitas ẽ mala pectori ⁊ medulla citri G

cū aceto. ſi potať ex ea medietas aſcariati interficit ſanguiſugas trāſglutitas ⁊ educit eas. caro ipiꝰ eſt mala ſtomacho inflatiua. tarde digeſtionis. q̄re oportet vt comedať cū almuri

D ¶ Et ſimiliter nutrita cū melle eſt ſanior ⁊ magis recipiēs digeſtionē ⁊ niſi ſit plurima.

I ¶ Et eiuſdem quidem folia ꝯfortant ſtomachū ⁊ viſcera. poſtea flos ipiꝰ ⁊ cortex eius ponitur in cibarijs. ſicut ſemina que ꝓ cōdimento ponuntur ꝓpter ſui duriciem.

K ¶ Et ipſius decoctio ſedat vomitum colericū: ⁊ facit appetitum. Et oportet quidem ne citrū comedatur ſingulariter ꝙ non miſceatur cibo ante ſe ⁊ poſt ſe.

L ¶ Eius caro facit vtentem ſe poſſidere colicā ipiꝰ acetoſitas retinet ventrē. ⁊ ꝯfert ſolutioni colerice. ⁊ eiꝰ ſemen ꝯuenit emorroidibꝫ. ⁊ in eiꝰ ſemine eſt virtus ſolutiua.

M ¶ Et ſuccus acetoſitatis eius ſedat infirmitatem ſciaticam mulierum.

N ¶ Semis eiꝰ pōdꝰ. ʒ. ij. cū vino ⁊ chilē ⁊ aq̄ calida illinitū reſiſtit venenis oībꝫ. ⁊ ꝓprie ſcorpionis bibitū aut linitū. ⁊ eiꝰ cortex ē vicinꝰ illis.

O ¶ Et idē de viribꝫ cordis ait. ꝙ cortex eiꝰ ꝯfortat cor. ⁊ eſt tyriaca cōtra venena. ⁊ ad h̄ valet acetoſitas eius ſimiliter.

P ¶ Dyaſ. Citrū ꝑgnantibꝫ faſtidio laborantibꝫ cibi datū ſtomachū ⁊ nauſea mūdat. Citrū et in potione vini datū medeť querelis iecoris.

Q ¶ Et aqua tritū ⁊ inſparſum humidis vulneribꝫ adhibeť. et pernonibꝫ ex ea ſingulare preſidium eſt. Cortici auſterior natura ꝯceſſa. que q̄ntum valeat etiā de ipo odore teſtať modico ſumptꝰ. aut potioni calide diutiꝰ in menſe beneficiū nature digeſtiōis operať.

R ¶ Paulus cap̄. de Citro. Cortex eiꝰ digeſtiōez ꝯfortat. ⁊ valet ꝯ̄ cardiacā. media ſubſtātia eiꝰ male digeriť. ſꝫ interior. id eſt acetoſa competit vſui medicīe. appetitū ꝯfortat. ⁊ valet ꝯ̄ febres peſtiferas. Semina eiꝰ ſunt diuretica.

S ¶ Rabi Moyſes vbi lōquitur de citro dicit. ꝙ cortices citri valent contra egritudines ſtomachi. ⁊ expellunt maliciam inteſtini ieiuni. et acetoſitas eius ꝯfortat ſpūs.

T ¶ Auerrois capitulo de Citro. Cortex eiꝰ habet manifeſtum iuuamentū ſtomacho ⁊ epati. Medulla citri curat cōbuſtiones ignis. et curat mirabiliter ramicem puerorū. et potiſſime ſi ex ea fiat vnguentum illo modo. Accipe medullā citri ſubtiliter inciſam ⁊ buliat in axungia porci recenti. ⁊ poſtea coleť per petiā. ⁊ iterū reponatur ad ignem. ⁊ in fine miſceatur maſtix olibanum ⁊ cera alba. ⁊ erit optimum vnguentum citrinum.

¶ Sed attendendū ꝙ q̄n aliqđ vnguentuꝫ vel emplaſtruꝫ fit ex citro. debet fieri ex citro bene maturo. Nam ſm̄ qđ dicit Auicenna. Diacitrū ⁊ que fiūnt ex citro debent fieri ex citro ſole exiſtēte in capricorno. id eſt a medio decēbris vſqꝫ ad medium Januarij. V



Capitulum. cxxvi.

Inoſbatum. id eſt aiglentricum.

C Dyaſcorides. Multi vocant Ciricanta. Et eſt arbor nimium ſpinoſa cū radice alta. ⁊ in plurimas partes diuiſa. Fructum habet mirte ſimilem: ſed paulo maiorem. rubeum exterius cum venerit ad maturitatem. ac deintus lanam aſperrimā Semen eius ſiccum ſine lana. Plinius libro tredecimo. In egipto ē caparis frutex firmioris ligni ſeminiſqꝫ ac cibi vulgati. caule q uoqꝫ vna plurimūqꝫ decerpto. Idem libro viceſimo quarto. Cinobaton: quā alij Cinobaſton: alij Neuroſbaſton vocāt. habet folium hominis veſtigio ſimile. fert vuam nigram. in cuius acino habetur neruus vnde ⁊ neruus paſſus dicitur. Alia eſt caparim: quam medici cynoſbaton appellauerunt.

Operationes.

A ¶Dyaſco. Cynoſbatū ventrē ſtringit. qꝛ ꝟtutis eſt coherētꝫ. medet̃ etiā in cibo ⁊ potu datū. ſanatqꝫ fluores ac femineū fluxum.

B ¶Eius vero radix acrioꝛis virtutis eſt. Nam appoſita cathaplaſmatib⁹ euocat e corpoꝛe ſtirpes. Folia etiam eius appoſita cathaplaſmatibus occurrunt apoſtematibus. Semen eius granatum eſt.

C ¶Pli. Cauēda ſūt ei⁹ genera ꝑegrina. Siq̇dē arabicū peſtilens. affricū gingiuis inimicum Marmari cū vuluis ⁊ omniū inflatōib⁹. Apuliūqꝫ vomit⁹ facit. ſtomachū ⁊ aluū mouet.

D ¶Idē. Huiuſqꝫ tyrſus ad remedia ſplenis et inflatiōes mandit̃ ex aceto ꝯdit⁹. Neruus ei⁹ cū maſtice chya manducat⁹ os purgat.

E ¶Item Dyaſ. capara quā multi cynoſbaton vel capꝛion appellauere ex luctantib⁹ cōponit̃ ꝟtutib⁹. habetqꝫ ꝓiicere ac purgare ⁊ extenuare ⁊ euētare acredines ſimulqꝫ adducere ⁊ conſtringere. Eſt eñ ſtiptica. Ideoqꝫ ſthiroſi ſplenis ſup oīa iuuat medicamina ſicut videlicꝫ iam dictū eſt ſupꝛa.

Capitulum. cxxvij.

c Riſpula dꝛ herba cancri in vnguento marciaton ponit̃ in antidotario galieni minoꝛi. Et ē herba alba: minuta habēs folia criſpa. ꝟtūs ei⁹ eſt calida ⁊ ſicca.

Operationes.

¶Medetur doloꝛes et egritudines frigidas. A
Eſt mala ſtomacho: et opilat cito ⁊ inducit ſtupoꝛem.

Capitulum. cxxviij.

c Riſocolla. Dyaſ. Criſocolla ariſtin q̄ dꝛ ꝟga. eſt herba ſm̄ Dyaſ. cap̄. criſocolla ariſtin in q̄ eſt capitellū ſil'e yſopo. radix eſt illi aſpera ⁊ tenuis ſilis elleboꝛo nigro. guſtū habēs cypꝛeſſi ſubdulcē ⁊ auſterum Naſcit̃ locis vmbꝛoſis ⁊ ſaxoſis.

Operationes.

¶Dyaſcoꝛides. Virtus eſt ei termantica et A
ſtiptica. Radix eius peripleumoniacis apta eſt.

¶Accipit̃ vero in mulſa cocta: in purgatiōib⁹ B
ſtericis maximū effectum habet.

Capitulum. cxxix.



c Kriſogonium eſt dictum ſemen aureum: vel coma aurea. Eſt enim criſogonium ſm̄ Dyaſcoridem: herba cuius eſt virga recta ⁊ alba. folia habens anguſta in circuitu ſicut abrotanū: ⁊ comā in ſummo: ⁊ in gyro auroſam: in qua eſt capitellum obrotundum. radix eius tenuis eſt. Naſcit̄ in locis aſperis.

Operationes

A ☞ Dyaſcorides. Coma eius bibita cum vino diſſurijs ⁊ morſibus venenatis ſalutare preſidium eſt.

B ¶ Sciaticis ⁊ conquaſſatiōibus medetur: menſtruis imperat.

C ¶ Coagulatum ſanguinem ventris ⁊ veſice ſoluit vino aut oximelle bibita catarruȝ abſtinet. ʒ. i. cum vino albo appoſita rebus tutas eas a tinea ſeruat.

Capitulum. cxxx.

c Colubrina. Dyaſ. ca. de tragōtea. i. colubrina. Dragōtea ſiue vt alij aſclepias: folia hȝ aaron ſilīa: ſȝ plura minora. cui⁹ v̄ga vel haſta duob⁹ cubitꝭ ē longa. ⁊ ipſa varia ſilīis ſerpēti. liuores. i. maculas purpureas hn̄s ſolidas vt digit⁹ in q̄ ſemē ē ſile botruo. p̄mo coloris viridis. poſt maturitatē v̄o color ē ei ſimil̄ croco. ⁊ ē guſtu mordax. radix ei⁹ bulli hȝ rotūditatē ſimilē aaron cū corio tenui. Naſcit̄ vmbroſis locis ⁊ hortis. ¶ Sera. li. ag. c. luff. i. dragōtea ſiue colubrina. Et ē maior ⁊ mior. Ubi ſciēdū q̄ maior ē q̄ vocat̄ ſerpētaria. ⁊ illa eſt hn̄s folia criſpa q̄ ponit̄ hic. ſȝ mior eſt illa q̄ vocat̄ aaron. et ē illa hn̄s folia plana. Pro q̄ lege cap̄. aarō. et ē tertiū in ordīe. ¶ Gal. vi. ſim. far. ca. de ſerpentaria. Subſtātia radicꝭ ei⁹ ſubtilior eſt ſuba radicꝭ aaron. ⁊ in ſapore ei⁹ eſt acuitas ⁊ amaritudo ⁊ ſtipticitas pauca. Et virt⁹ eius ē ca. ⁊ ſic in. i. gra. ¶ Jo̅hes meſue ca. de luff. Luff eſt plāta que dr̄ collū draconis. ⁊ ex ea ē alia plāta hn̄s folia plana. alia criſpa. ⁊ radix plana eſt exteri⁹ ad nigredinē attinēs. Interius v̄o eſt alba. criſpa v̄o exteri⁹ cinericia. Interius alba ad citrinitatē declinās. ⁊ ſup vtriuſq̄ radicē eleuant̄ ſtipites hn̄tes maculas ī modū ſerpentꝭ. Melior ps toti⁹ plāte eſt radix. ⁊ melior radix ē groſſa ⁊ cōpleta ⁊ orta in locꝭ liberis. Et meli⁹ tp̄s collectionis ei⁹ eſt ver ⁊ p̄ncipiū eſtatꝭ. ⁊ criſpa calidior ē plana. Plana. ca. eſt in. i. criſpa in ij. ¶ Galie. dixit:

Plana ca.eſt in ꝓncipio ſecũdi. criſpa ĩ fine
ꝛ veriꝰ eſt:ꝛ in vtraqꝫ ẽ caliditas ꝛ acuitas q̃
ſi poſita in ſupficie cũ ſuba terrea:ſed ĩ plana
ſuba terrea ẽ vincens plus:ꝛ vtraqꝫ eſt abſter
ſiua:ĩciſiua:penetratiua:aperitiua:ſubtiliati
ua:hũoꝝ groſſoꝝ ꝛ viſcoſoꝝ adherẽtiũ.Criſ
pa autẽ ad hec oĩa eſt fortioꝛ.

Operationes

A ¶ Dyaſcorides.Semen eiꝰ expſſum ỽtutez
habet in ſucco.Nã addito ſibi oleo doloꝛem
aurium cõpeſcit.Lane inunctus in naribus
additus polipos maxime curat:et cancros
B optime ſanat.¶Seminis eiꝰ trigita grana
cũ puſca bibita caligĩes ocloꝝ emẽdat.Flo
res eius cũ ceperint matureſcere ſi a muliere
pꝛegnãti fuerint odoꝛati aboꝛſuz faciũt.Uir
tus ẽ radicis eiꝰ calida.vñ oꝛtonoycis moꝛe
C electuarij accepta medicaẜ.¶Tuſſiẽtibꝫ ꝛ ca
D tarrum hñtibꝫ maximũ pſtãt effectũ.¶Tho
racis tumoꝛes curat non reuerſuros:maxie
ſi aſſa aut cocta accepta fuerit.ſicca tunſa et
in puluerẽ ducta melle addito oĩa ſilr̃ facere
E poteſt.¶Diuretica eſt:ventrẽ ſtimulat cũ vi
no bibita:vulnera ſoꝛdida fagedenica cum
F bꝛyonia alba ꝛ melle purgat.¶Et cicatrices
curare facit:ex qua colliria ad puſtulas ne⸗
G ceſſarie fiunt:aboꝛſum facit.¶Impoſita dr̃
ꝙ ſi qͥs ex ea radice ſe tinxerit tutꝰ ab incur⸗
ſu ſerpẽtũ ſeruaẜ.Aceto mixta maculas lim
H pidat.¶Johẽs meſue.Solutiõe educit fle⸗
gma ſubtile ꝛ groſſuz.Et mũdificat ꝛ ꝯfoꝛtat
I renes:ꝛ puocat vꝛinã:ꝛ excitat coitum.¶Et
ẽ ex rebꝫ mũdificãtibꝫ pectꝰ ꝛ pulmões.¶Et
ꝯfert eis ſup qͥbꝫ timeẜ frequẽtia anhelitꝰ.vl̾
aſmaticis ꝓpter exuberantiã humoꝝ viſco⸗
ſoꝝ in eis:ꝛ ꝓꝓꝛie lohoc ex ſucco eiꝰ cũ melle
ꝛ rob:ꝛ qñqꝫ adminiſtraẜ cũ oĩs ꝛ valet ſilr̃.
K ¶Et dixit Democrius.Juuamẽtũ vtriuſqꝫ
ſpeciei eius magnũ eſt emoꝛroidoꝝ doloꝛibꝫ
ꝛ ventoſitatibꝫ eoꝝ ẜm oẽm modũ adminiſtra⸗
tionis ipſius ꝛ ſumptũ ꝛ emplaſtratũ:ꝛ nos
experti ſumꝰ.Et expti iuuamẽti ẽ ſup humo
L re crudo q̃ eſt in ſtomacho ꝛ renibꝫ.¶Et di⸗
xit Galie.Reſoluit duricies et apoſtemata
dura ſplenis ꝛ alioꝝ mẽbꝛoꝝ:ꝛ ꝯuenit vlceri
bus frauduletis ꝛ fiſtulis:ꝛ ꝯſumit additio⸗
M nes carniũ ĩ naribꝫ.¶Et pꝛohibet fieri in eis
coꝛroſionẽ ꝛ cancrũ.Succꝰ aũt eiꝰ diſtillaẜ
in aure cũ melle ꝛ ꝯuenit tinnitui ꝛ ſurditati
ꝛ doloꝛi auriũ ꝛ abſtergit ipſius ſoꝛdicies et
exiccat vlcera eiꝰ.vtraqꝫ eiꝰ ſpecies ẽ ex rebꝫ
N q̃ mundificãt faciẽ.¶Et auferũt feditatẽ cu⸗
tis ꝛ delent pannũ ꝛ lentigines:ꝛ moꝛfeã ꝓ⸗
pꝛie cũ melle ꝛ fiat emplaſtrũ ex ea cũ melle:
ꝛ ſtercoꝛe capꝛaꝝ ſup podagrã ꝛ ꝯcuſſiõz ner
uoꝝ.¶Et ꝯuenit eoꝝ doloꝛibꝫ ꝛ ſuppoſitio fa O
cta ex eo educit mẽſtrua:ꝛ facit aboꝛſuz:ꝛ dr̃
ꝙ fugat ſerpentes ꝛ vermes venenoſos.



Capitulum.cxxxi.

O loquintida. Johẽs meſue.ca.de
c colloquintida.Colloquintida quã ꝑ
ſes vocãt cucurbitaz deſerti:q̃ naſciẜ
in planta quã etiã fel terre vocãt:eo ꝙ ĩ toto
ambitu hoꝛtꝰ eius iuterficit herbas.Et ẽ q̃ſi
venenũ eis:vnde vocant eã arabes necẽ plã⸗
taꝝ.Et eius folia ſunt ampla piloſa.ꝛ exten⸗
dunẜ rami eius ſup faciẽ terre:ſicut extẽdiẜ
cucurbita in terra ſup quam iacet.Duoꝛuz
eſt modoꝝ maſculus ꝛ femina.Et ex eis ma
ſculus eſt ſup quez naſciẜ:ſicut ꝛ lanugo:ꝛ eſt
grauis cũ duricie ꝛ aſperitate attinẽs nigre
dini.Et laudaẜ ex eis femina:ꝛ ꝓꝓꝛie hñs ꝓ⸗
pꝛietates bonas vt ſit coloquintida groſſa.ꝛ
q̃nto groſſioꝛ ꝛ leuioꝛ tanto melioꝛ:ꝛ ſit alba
laxa leuis ꝛ cõplete maturitatꝫ:cuiꝰ pars eiꝰ
interioꝛ eſt pulpoſa laxa ꝛ alba ꝛ leuis vehe⸗
mentis albedinis.Ueꝛ que nõ eſt cõpleta ĩ
maturitate mala eſt.ꝯtriſtat enĩ ſuſcipientez
illã ꝛ ventoſitatẽ cũ difficultate facit ꝛ ſoluit
ſupabundãter:ꝛ ſolutione educit ſanguinez.

Et fortaſſe interficit.⁊ cū ſigillat̃ ex toto ger-
mine plāte vt naſcat̃ coloquintida vna ⁊ illa
ꝑniciosa ⁊ mala īmo eſt venenū.⁊ cū ī tota re-
gione nō eſt niſi plāta eius vnā ꝑ ſe naſcens
eſt mala. Et q̄ naſcit̃ in terris fortibꝫ ⁊ pulue-
rulentis: aut iuxta loca reptiliū: aut ī locꝫ ter-
maꝝ coloquintidas facti minores: ⁊ ſunt ſi-
militer male. Que aūt naſcit̃ in terrꝫ laxis et
arenoſis ⁊ liberꝫ eſt illa q̄ eligit̃. Et cū extra-
hit̃ pulpa eiꝰ ipa debilitat eā. Tempꝰ autem
collectiōis eiꝰ eſt autumnus.⁊ ꝓprie dū iam
citrineſcit: ⁊ remouet̃ ab ea viriditas: calide
eſt ⁊ ſicce cōplexionis in tertio. Eſt ⁊ cōpoſi-
ta ex partibꝫ igneis ⁊ terreis aduſtus.⁊ ē ſo-
lutiua attractiua ſupfluitatū. Attractiua eſt
a remotis multum.⁊ ē reſolutiua inciſiua ab-
ſterſiua. Quattuor ſunt q̄ debēt corrigi ī ipa.
Nocet enī cordi ſtomacho ⁊ epati.⁊ eſt ꝯtur-
batiua: ſubuerſiua viſceꝝ: faciens oꝑatiōes
difficiles: ⁊ aperit orificia venaꝝ aꝑtione ſan-
guinē fluere faciente. Et operat̃ id vehemen-
tius q̄ȝ aloes: ⁊ excoriat vias. Emēdat̃ enī ꝓ-
mū ⁊ ſcōm nocumētū ex ea miſcēdo ei ex me-
dicinis cordialibꝫ ⁊ ſtomaticis ⁊ epaticꝫ que
meliorare pñt ꝯditionē eiꝰ: ſicut addit̃ ei ma-
ſtix ꝓprie ⁊ gallia ⁊ ſil'a. Et emendat̃ tertiū et
quartū nocumentū eius cū rebꝫ acq̄rentibꝰ
ei viſcoſitatē ⁊ glutinoſitatē ⁊ remouētibꝫ ab
ea ſeroſitatē: ⁊ cito eā lubricare faciētibus ſic̄
eſt dragantū ꝓprie ⁊ bdelliū ⁊ gūmi ⁊ maſtix
⁊ ſil'a. ¶ Et dicit Galienꝰ. Fiūt autem ex ea ⁊
laudano partes ſumēdo eq̄les poſt fricatio-
nē eiꝰ cū oleo roſaꝝ pillule.⁊ ſunt bone et ſa-
ne ad ea q̄ oportet. Modus rectificationis
eis ſm q̄ narrauit filiꝰ Serapionis. Infun-
dat̃ pulpa eiꝰ in aq̄ mellis: ⁊ ꝓprie decoctiōis
myrrhe: ⁊ exſiccet̃ poſt illud ⁊ terat̃ vltima cō-
tritione ⁊ admīſtrat̃ cū aqua mellis predicta.
Modus rectificatiōis eiꝰ ex inuentiōe nr̃a.
Incidat̃ in minutiſſimas parteſ cū inciſorio
⁊ inuoluat̃ ſubtili inuolutiōe cū glutine dra-
ganti aut bdellij: ⁊ exſiccet̃ et ꝯterat̃ pꝰ illud
vltima ꝯtritiōe.⁊ fiāt trociſci cū pauco ma-
ſtice reſoluto in oleo roſarū vel laudano. vel
cū aq̄ mellis. Hec enī ars facit illā ſine mole-
ſtia. Et ſcias q̄ de decoctiōe rē cōpletā ſuſti-
net. Et dicit filiꝰ Bezar. Nō oportet vt mul-
tū terat̃. Ultima enī puluerisatio excoriat vi-
as ⁊ venas. ¶ Et dicit filius Serapionis.
Oportet vt ꝑueniat̃ ad vltimū puluerisatio-
nis eiꝰ: aliter enī vlceraret viſcera. Et mihi
videt̃ q̄ vltima puluerisata frāgit̃ virtꝰ a per-
mixtiōe adiūctoꝝ ei: ⁊ ꝑtrāſit loca viſcerum
abſq̄ȝ impſſiōe nocumētoꝝ ī ipis. Et forte in
ea in q̄ nō exq̄ſite fit illud. ꝑs tū ſenſata ad-
herens in villis ⁊ inuolutionibꝫ eoruȝ apoſte-
mat ⁊ vlcerat. Expelluntur autē nocumenta
ipſius a corpore accipiendo aquā paſſularū.
cum oleo de amigdalis vel oleo nucum aut
aqua mellis cum oleis p̄dictis.

Operationes

¶ Johēs Meſue. Solutiōe educit flegma A
⁊ humores viſcoſos attrahēs ipos a ꝓfundi-
tate mēbroꝝ. ¶ Et dicit Humay. Solutiōe B
etiā educit colerā citrinā.⁊ eius oꝑatio extē-
ditur ad neruoꝝ iūcturas. ¶ Et dicit Dyaſ. C
Non efficit oꝑationes in materijs que ſunt
in vijs de q̄bꝫ ſit curandū ⁊ in materijs q̄ ſūt
in ꝓfundis locis diſtantibꝫ. ¶ Et eius poſſe D
magnū eſt in mundificatione cerebri vel ner-
uoꝝ lacertoꝝ pulmonis ⁊ pectoris. Et ē me-
dicina magna egritudinū eoꝝ ſicut eſt dolor
capitis antiq̄ ⁊ dolor cranei ⁊ emigranea dif-
ficilis: epilētia ⁊ apoplexia. ¶ Et ꝯuenit egri- E
tudinibꝫ neruoꝝ oībus ⁊ vertigini ⁊ deſcen-
ſui aque ad oculos. Et eſt res magni iuuamē-
ti ad aſma ⁊ antiquā tuſſim: ⁊ ad dilatationeȝ
anhelitus. ¶ Et eſt eius oꝑatio virtuoſa ad F
dolorem iuncturaꝝ ⁊ podagrā frigidā ⁊ ſcia-
ticam: ꝓprie ſm omnē modum adminiſtrati-
onis eius: ⁊ in criſteribꝫ ⁊ collirijs. ¶ Et con- G
fert colice flegmatice ⁊ inflatiue iuuamentū
vltimuȝ ⁊ hydropiſi. Et ſi ſupponat̃ in matri-
ce occidit fetū. ¶ Et ſi ex eo cū aceto forti fri- H
cetur morfea ſanat eā.⁊ ſilr̃ leprā ⁊ elephanti-
am. ¶ Et ſi euacuetur qđ eſt in teſta eiꝰ ⁊ im- I
pleatur oleo ⁊ bulliat in cinere ⁊ inungant̃ ca-
pilli denigrat eos ⁊ tardat caniciē: et ꝓhibet
caſum eoꝝ. ¶ Et ſi diſtillet̃ de ea in aurem ſa- K
nat doloreȝ eius: ⁊ ꝯuenit tonitui in ea. Et ſi
impleatur in aceto forti ⁊ colluatur ex eo os
poſt bullitionē ipſiꝰ ſanat doloreȝ dentis.
¶ Serapion auctori. Galieni. Sapor eius L
eſt amarꝰ fortis amaritudinis: ⁊ q̄n ſumit̃ nō
facit operationē malā neq̄ȝ periculoſaȝ: quo-
niā velociter egreditur. ¶ Et q̄n ponit̃ in cri- M
ſteribꝫ cōuenit ſciatice ⁊ paraliſi ⁊ colice: et
laxat flegma ⁊ humores crudos ⁊ q̄nq̄ȝ ſan-
guinem. Et q̄n fit cum ea naſcale occidit fe-
tum ⁊ ꝓuocat menſtrua. ¶ Et q̄n ipa cauatur N
⁊ extrahunt̃ interiora eiꝰ: deinde iuoluit̃ cir-
ca ipa lutū ⁊ ponitur in ipa acetū ⁊ caleſit ſu-
per ignē: ⁊ fit cum aceto oris collutio: et au-
fert dolorē dentiū. Et fit ſuppoſitoriū cū pul-
pa eiꝰ ⁊ laxat ventrē. Et dū color eius eſt vi-
ridis: ⁊ ipa eſt recens: ⁊ extrahit̃ ſuccus eiꝰ
⁊ fricatur ſuꝑ ſciaticā eſt iuuatiua valde.
¶ Dyaſco. Uirtus eſt ipi purgatoria obulo- O
vno accepto cū mulſa mixto nitro ⁊ myrrha

ꝛ melle cocto in modū thabucie bene pur⸗
gat. iṗe vero pile ſicce tunſe ꝛ mixte ꝛ criſte⸗
re adhibite ſciaticꝫ medicant̃. paraliticꝫ ſil̃r
ꝓſtolāt̃. flegma ꝛ colerā deponūt. mēſtruis i⸗
perāt. aborſū faciūt. dolorem dētium tollūt.
D ¶ Colliria ex inde fiūt: q̄ ſuppoſita vētrē dpo
nūt Uiridis āt ſucc⁹ punct⁹ ſciaticoſ curat

Capitulum. cxxxij.

Onſolida. ca. de ſimphito. Simphi
c tū. i. cōſolida. Et eſt maior et minor.
De ꝯſolida minori in ſequēti capitu
lo tractabit̃. Maior ꝯſolida naſcit̃ in locꝫ a⸗
ſperis. virgas hn̄s ſil̃es origano ꝛ tenues et
capita ſicut thimū. virge lignoſe ꝛ odorate ꝛ
dulces ī guſtu. ꝛ radix eſt illi longa ꝛ obtuſa.
groſſitudinē digiti hn̄s. Eſt aliud ſimphitū
qđ pictenū vocāt. haſtā habet aſperā et lon⸗
gā: duobꝫ cubitꝫ anguloſam: abintus inanis
eſt: in qua ſunt folia aſpera ꝛ anguſta ꝛ oblō⸗
ga ſicut bugloſſa. habet etiā iṗa haſta angu⸗
los in q̇bꝫ folia naſcunt̃. flores ſunt illi melli
ni. ſemen habet ſuꝑ haſtaꝫ ſicut flōmos. Ha
ſta ꝛ frutex hn̄t pulueri ſil̃e. qđ cum carni ap
plicatum fuerit pruriginē facit. Radix eſt ei
colore nigra: que cum fracta fuerit alba ap⸗
paret ꝛ muſcilaginoſa, ꝛ iſta ē ꝯſolida maior.

Operationes

¶ Radix conſolide maioris trita ꝛ bibita e⸗ A
moptoicis medetur. Conquaſſationes refi⸗ B
cit: tumores ſpargit. ¶ Cū folijs cathaplaſ⸗ C
matibus adhibita omīa ſimiliter facere po⸗
teſt. ¶ Uulneribꝫ paracoleſim facit carnes i⸗
ciſas fruſtis ī cacabo miſſas in ſe glutinare.



Capitulum. cxxxiij.

Onſolida minor. Galien⁹. viij. ſim.
c far. ca. ſimphitū ſm̃ tranſlationē gre
cam inquit: Conſolida minor ex cō⸗
trarijs conſtat virtutibꝫ. Habet enī quid ab
ſterſiuum: quo contentū in torace ꝛ pulmo⸗
ne plus expurgare natū eſt. Habet aūt quid
ꝛ cōgregatiuum quo ad ſanguinis eductio⸗
nes iuuat. Et cōtinet vltra hoc humiditateꝫ
quandā calidā nō īmoderate ꝓpter quā ꝛ dul
ce apparet guſtātibꝫ ꝛ delectabileꝫ odoratū.

Operationes

¶ Inſiticuloſum eſt cū maſticat̃. Et aſperita A
tes in arteria ſanat. Scd̄m mixtionē ꝟo q̄
ex oībꝫ p̄dictꝫ ꝟtutibꝫ ſimul ꝛ dyaſorare ſuffi
ciens ē ꝛ colligere ꝛ ꝯſtringere corp⁹. ¶ Et ꝓ B
pterea īteſtinalibꝫ hernijs apponit̃ ꝛ ad euul

ſionē ꝛ ſciſſiones cū oximelle bibit. Quicū-
qꝫ vero ad diſſinteriā ꝛ fluxū rubeū coq̄ntes
in vino dant. vt ſiccante ꝛ ꝯgregāte vtuntur.
Et q̇cūqꝫ ad nefretica vt purgāte ꝛ madente
E ¶ Simphitū aliud magnū ſiſe eſt virtuti p̄di
cte: nō tn̄ guſtu dulce: neqꝫ odoriferū olfaci-
entibꝫ apparet: ſed ſ͛m hoc abſcedit a p̄dicto
Scōm vero qꝛ viſcoſitatē quandā ꝛ morda
citatē habet quodāmodo ſiſr exiſtit. Utunť
autē eo in omnibus quibuſcūqꝫ et prius di-
D cto. ¶ Dyaſcorides. Conſolida minor elixa
in mulſa pulmonē purgat. reijcientibꝫ ſangui
nem ꝛ nefreticis cū aqua medetur. Radix cū
vino cocta ꝛ bibita fluxū mulieris ſtringit.
et diſſintericis opitulatur. cū oximelle data
conquaſſationes ꝛ dolores lateris ſaluber-
rime curat. maſticata amputat ſitim. aſpredi
nem fauciū mitigat. vulneri recenti paraco-
E leſim facit. ¶ Conſolida ſ͛m Pliniū auctori-
tate vel opinione multoꝝ diuio miraculo cu
rat ꝛ rūpit antracē intra duos lapides trita.

Capitulum. cxxxiiij.

Onſolida rubea ſiue Biſtorta. Et eſt
c herba ſiſs penthapilon: niſi quia ha
bet ſeptē folia vtrinqꝫ piloſa. ꝛ ideo
vocatur eptaphilon: cui⁹ radix ē rubea ꝛ tor
moſa ſimilis galange: ſed nō habet acumen.
flos eius auroſus. ꝛ ipa indicať frigida ꝛ ſic-
ca in tertio gradu. Sed notādū qꝛ ē ſpecies
biſtorte hn̄s folia ſiſia lappacio acuto: niſi
qꝛ color folioꝝ ex vno latere eſt celeſtis: ꝛ ex
alio viridis. flos ei⁹ rubeus. ꝛ radix rubea: q̄
ab aliq̄bꝫ vocatur bardana minor: ꝛ ab aliq̄-
bus lappa minor. Uirtus ei⁹ in oībꝫ ſicut vir
tus prime ſpeciei ſed remiſſior.

Operationes

¶ Cōſolida rubea ſiue biſtorta habet ꝟtutē A
ꝯſolidādi ꝛ ꝯfortādi cōceptū. ¶ Cōtra diſſur B
riam detur puluis biſtorte cū ſucco planta-
ginis. ad conſtringendū menſtrua fiat fomē-
tum ex aqua pluuiali decoctionis pulueris
eius: vel ex duabꝫ partibꝫ eius. ꝛ vna ſpice fi
at puluis q̄ aſpergatur ſupra ventrē ipō pri⁹
melle calido emplaſtrato: ꝛ iuuat conceptū.
¶ Ad ꝯceptū iuuandū fiat emplaſtrū ex pul C
uere ei⁹ ꝛ alijs ſpeciebꝫ aromaticis. Puluis
ei⁹ vulnera cōſolidat. ¶ Cōtra vomitū ex de D
bilitate et furore colere puluis eius cōficia-
tur cū albumine oui et coquať ſup regulā et
detur patienti. ¶ Galienus. Radix eius eſt E
abſterſiua ꝛ vrinatiua ꝛ calide cōplexionis.



Capitulum. cxxxv.

Ondros apud grecos duo ſcat. ſ. ā
c ſcat riſū. Vn̄ reſpōdens mihi grec⁹
interroganti quid eſſet condros di-

xit ſurfur farine. Item condros exponit̄ qđ
eſt aliqua cartilago. ſilr condros eſt genus
frumēti. de quo Dyaſcorides. Cōdros ſunt
eius due ſpecies. In vna inuenit̄ vnū granū
⁊ in alio duo grana: ⁊ qđlibet ipoꝝ eſt ſtame
rula ⁊ maioris nutrimēti ꝗ̄ ordeū boni ſapo
ris. ⁊ panis q̇ fit ex eo minus eſt nutritiuus
ꝗ̄ q̇ fit ex frumēto. Et ſpecies in qua reperi-
unt̄ duo grana ē plꝰ nutritiua ꝗ̄ riſum: ⁊ ma
gis cōſtrictiua ventris ⁊ melior ſtomacho.

Operationes

A ¶ Galienus libro. i. de alimentꝭ capitulo de
condro. Genus frumenti eſt condros ſuffici
enter nutritiuum viſcoſum habens chimū.
Hoc vocatur in libris de arabico tranſlatis
candaruſiū. Et apud Auicēnam condros et
B candaruſio ⁊c. ¶ Galienus. viij. ſim. far. cap̄.
condros. Eſt quidem optimus cibus ſicut ⁊
triticū: ſed nō eſt p̄ſentis negocij de cibo de-
terminare vt farmacū vero emplaſtice ē vir-
tutis: cōplexionis vero ſilis eſt frumēto. plꝰ
illo viſcoſior ⁊ nutritior. eſt plus illo ſiccati-
uum ꝑpter cōmixtionē ſiccantiū farmacorū.
C ¶ Dyaſcorides. Condros cōſtrictiua eſt qn̄
ipſum coquit̄ cum aceto: ⁊ fit linitio cū eo. ⁊
eradicat ſcabiem vlceroſam: ⁊ eradicat vn-
D gues ſciſſos. ¶ Et curat fiſtulas que ſunt in
labryinali. ⁊ quādo adminiſtrat̄ in principio
earum: ⁊ fit ex decoctiōe eius cliſtere. Et eſt
iuuatiuum vlceribus inteſtinorum.



Capitulum. cxxxvi.

C Ondes. Sera. li. ag. ca. cōdes auc.
Gal. Illud qđ ex eo adminiſtrat̄ eſt
radix ipſius. virtus eſt calida et ſicca in. iiij
gradu. Unde iſta medicina vtunt̄ lauatores
lane: ⁊ ad faciendū lanā lenē ⁊ pulchram qn̄
fumigant ipam cū ea: ⁊ eſt nota. Radix eiꝰ ē
acuta: ⁊ in forma ſua longa ⁊ rotūda. ¶ Dya
ſcorides vocat̄ ipam ſtruciū a macro obſtru
ciū. qđ quidā radicē ellebori albi putant: eo
ꝙ ſternutamēta mouet vt ipm licet falſo. pro
quo macer ſternutamentū puluis ꝑ ſe mouet
eius naribꝫ iniectus vetetro nō ſegnius al-
bo. i. elleboro. ¶ Gal. viij. ſim. far. ca. de ſtru-
cio. ſm̄ trāſlatiōez grecā. Strucij radice ma
xime vtūt̄ acri quidē exiſtēte ſm̄ guſtū ca. et
ſic. ſm̄ complexionē ex quarto fere gradu.

Operationes

¶ Dyaſcorides. Epaticis tuſſientibꝫ ⁊ orto- A
noicis medent̄. Morbo regio vtiliter adbi-
bentur cū lacte naribꝫ infuſe. cū melle coclea
rium vnū acceptū ventrē mollit. cū panacis
⁊ capparis radicibus accepte ⁊ bibite calcu
los veſice frangūt ⁊ excludunt. Scliroſim
ſplenis ſpargūt. ¶ Condes matrici apposi- B
tum mēſtruis imperat: aborſum facit. cū po-
lenta ⁊ aceto poſitū lepraꝫ tollit. ¶ Puſtulas C
cum farina ordei impoſituꝫ limpidat. Colli-
rijs mixtū caligines oculis detergit. Medi
caminibꝫ neceſſarie miſcet̄. ¶ Tritū ſternuta D
menta ꝓuocat. cū melle tritū ⁊ in naribꝫ miſ-
ſum caput purgat. ¶ Sera. de ꝓprietate radi E
cis eius eſt ſi accipiat̄ qđ abſcindit flegma ⁊
melancoliā groſſam: ⁊ reſoluit ventoſitates.
¶ Galienus. Radix eius eſt abſterſiua ⁊ vri- F
natiua. mouet ſternutatiōes ſilr alijs quecū-
ꝗ amara ſunt guſtu calide complexionis.
¶ Item Dyaſcorides facit ſemotum capitu
lum de ellebero a condiſi. Nā condiſi vocat
ſtrucium: aiens capitulo de ſtrucio. Lanarij
vtunt̄ ad fumigiū lane: eo ꝙ limpidat lanaꝫ.
Radices ſunt rotunde ⁊ oblonge: que ſi bi-
bite fuerint diuretice ſunt ⁊ calide. ¶ Pliniꝰ G
li. xxiiij. Condes ſiue ſtruciū. i. herba lanaria
ouibꝫ data ieiunis facit abundantiā lactis.
¶ Peateariꝰ. Strucius id eſt agreſtis cauli- H
culus ca. ⁊ ſic. in. ij. gradu. Succus ac ſemi-
na foliaꝗ cōpetūt vſui medicine. Cū inuenit̄
receptio cauliculi ſemen caulis agreſtis debꝫ
poni. Cum aūt ipa folia debēt poni. ¶ Suc I
cus ita debet p̄parari. Folia terant̄: ⁊ succꝰ
expreſſus ad ſolem deſiccetur ꝑ bienniuꝫ du
rat. folia viridia poni debent in medicinis ⁊
in vnguentis. Uirtutem habet diſſoluendi ⁊
extenuandi ⁊ diureticam.

Capitulum. cxxxvij.



c Oriandrũ. Palladi⁹ li.iij. Coriãdrũ
a mēſe Marcio ſerit̃ vſq₃ ĩ octobrē.
amatq₃ terrã pinguē ſed ⁊ macro ſo-
la naſcit̃: ⁊ ei⁹ ſemen qđ vetuſti⁹ fuerit meli⁹
putatur: humore delectat̃ ⁊ ſatũ hñ cũ olere
quocũq₃ naſcit̃. Sera.li.aggre.ca.dyabora:
id eſt coriandrũ auc. Gal. Subſtantia ei⁹ eſt
terrea ſubtilis. ⁊ eſt cũ hoc ĩ eo aquoſitas te-
pide ꝟtutis nõ pauce quantitatis ⁊ in ſapo-
re eius ſcḋm plurimũ eſt amaritudo. Et ꝟtus
ei⁹ eſt q̃ abſtergit ⁊ reſoluit. Galien⁹.vij.ſim.
far.ca.de coriãdro. Virt⁹ ei⁹ ꝑma eſt virtus
calida. Vñ Dyaſ. Infrigidatiuã dicit hanc
herbã nõ recte. cõpoſita aũt eſt ex cõtrarijs
virtutib⁹: multũ quidē habens amare ſubſtã
tie: q̃ indicat ꝙ ſubtiliũ partiũ eſt ⁊ terreſtr̃.
non modicũ aũt habens ⁊ aquoſe humidita
tis vel tepide ſcḋm virtutē. habet aũt ſtiptici-
tatem nõ modicã in quib⁹ omnib⁹ operat̃ q̇-
dem varie omĩa q̃cunq₃ Dyaſ. ſcripſit. ſed pu
to ſic exiſtere ſicut ſi mox ſcḋm ꝑncipia plaga
tis vel qualitercũq₃ ꝑcuſſis in aliq̃ particula
tumor liuidus vel niger fieret. frigida puta-
ret̃ paſſio eſſe ⁊ egere dyaforantib⁹ ⁊ calefaci
entib⁹ farmacijs ſcḋm eundē puto modũ. ſi trã-
ſcēderit aliqñ calida diſpoſitio ad frigidam
obliuiſcēdũ eſt ꝓ nõ iãdum vero alio ſcḋo
noĩe. Vel ſi nomen volueris ꝑmutare ſ₃ face
re ſicut q̇dã q̇ alia quidez ꝑncipij: alia ꝟo de-
clinationis ſcribũt auxilia. non aũt oportet
frigida eſtimare eē declinatõis farmaca. Cõ
cedendũ ei eſt heriſipilã noĩare ſi q̇s volue-
rit hmõi diſpoſitionē nõ tñ ca. vocare eã per
mittendũ qñ deꝑſſa ē ⁊ remiſſa. nequaq₃ ergo
tũc qđ auxiliat̃ ei infrigidatiuũ eē put em⁹ ſi
cut Dyaſ. vt coriandrũ. qñ cathaplaſmatuȝ
(vt ipē ait) cũ pane. vel etiã cũ alfitis. ſanat
heriſipilã. certũ eſt heriſipilã q̃ vtiq₃ inflãma
tiua eſt nunq₃ ſanabit cũ pane coriandrũ: ſed
ꝑ id qđ infrigidat. Jam ꝓpterea ⁊ nos in an-
teriorib⁹ ſermonib⁹ qñ cuȝ determinata ex-
perientia ꝓbare cuiuſlibet farmaci virtutem
poſtulabam⁹. ſimplicē enĩ vt poſſibile eſt ma
xime potionē eligere conſulebam⁹. plurimi
autē medicoꝝ neq₃ quecũq₃ plurime egritu-
dinum mox a ꝑncipio inuadũt cõpoſita no-
ſcunt. neq₃ quoniam alia paſſio eſt heriſipila
certa. alia vero vocatur ab oĩb⁹ nobis iã cõ-
ſuete ⁊ ab antiquis flegmon. alia autē in me-
dio q₃ multe. Hec quidez ⁊ vt vtiq₃ dicat q̇s
heriſipila flegmoſa. Hec autē velut flegmo-
nes quidē heriſipilatos inuenies: aut velut
flegmones aliquando ⁊ neutrũ ꝑdominans
At vero ⁊ ydemaſcoſus quãdo apparet ſicut
⁊ heriſipilas. ſicut ⁊ alius ſcliroſuſ. Unde de
compoſitis omnibus non modica haberet̃
multitudo. latius vero in quibuſdaȝ alijs di
ctum eſt de his. Et ĩ libris terapentice metho
di dicetur. et nunc eſt de eis neceſſarium me-
morari ꝙ certam heriſipilam nunq₃ predictũ
ſanabit cathaplaſma. voco autem certaȝ: qñ
a colerica humiditate repleta fuerit particu
la. quoniam auteȝ longe ab infrigidando eſt
coriandruȝ. licet tibi ex his que ſcripſit Dya
ſcorides addiſcere. Scrofulas enim ait diſ-
ſoluere. quoniam nullum autem infrigidan-
tium farmacorũ ſufficit diſſoluere ſcrofulaſ.
neq₃ enĩ puto Dyaſcoridem dubitare multa
quidem ſcribentē ſcrofularum ſanatiua om-
nia vero concordantia ⁊ calida cõplexionib⁹
⁊ dyaforetica operationibus exiſtere.

Operationes

¶ Dyaſcorides capi. corion: id eſt coriandrũ A
omnib⁹ eſt notũ. Virtus ei⁹ eſt frigidũ triũ
⁊ in cathaplaſmatibus redactũ cum polen-
ta. ⁊ pane triticeo mixtum ⁊ impoſitũ Jgnē
ſacrum extinguit. ¶ Tumores igneos tollit B
melle addito: et vua paſſa impoſitum epinic-
tidas ⁊ tumorem teſtiũ ⁊ carbũculos curat:
⁊ collectiones cõpeſcit cũ faba frixa mixtuȝ

ſcrofulis ⁊ puſtulis pſtat effectũ. ¶Semen
C ei⁹ bibitũ cũ dulcore lũbricos extinguit. ge-
nitalia. i. ſemina viri decreſcere facit. Nam ſi
multũ acceptũ fuerit ſemẽ ſenſus hoīs hebe
teſcit: aut citi⁹ infert necẽ. Uñ nõ debꝫ qſq̃
D vſum ei⁹ freq̃ntare. ¶Succus ei⁹ aceto mi-
xtus aut ſpume argenti et ceruſe ⁊ vino: oẽs
puſtulas ⁊ caligines ebuliẽteſ extiguet. Hic
ſuccus viſcide eſt ỽtutis reſtringit ⁊ refrige-
rat. Et iõ ꝓprie ad ignẽ ſacrũ facit ſicut ⁊ folia
ei⁹ cũ ſucco maligranati: ⁊ oleo in potiõe ꝑ-
mixtũ aĩalia intraneis ꝑmixta ignita pſeq̃t.
E ¶Semen ei⁹ ex aq̃ potatũ ſolutionẽ ventꝛ
abſtrigit. mirũ ẽ qđ xenocrates tradit ſi vnũ
ſeminis granũ femina biberit vno die ei mẽ
ſtrua ꝯtineri ſi duo ⁊ totidẽ iam diebꝫ quot
grana ſumpſerit. ¶Sera. Coriandrũ diſtil-
F laſ in oculũ: ⁊ cõfert dolori ei⁹ magno cũ la-
cte mulierꝫ. Et fit emplaſtruꝫ cũ eo ⁊ abſcin-
dit humores deſcẽdẽtes ad oculũ. ¶Et ideꝫ
G auctoritate aben meſuay. Quãdo torreſcit
ſemen coriãdri ſtringit ventrẽ. Et abſcindit
fluxũ ſanguinis: q̃ eſt ab interioribꝫ. ⁊ bibun
tur de eo duo aurei cuꝫ. iij. ʒ. ⁊ dimidia ſucci
plantaginis ſine eo ꝙ buliat. Et ſi eſt fluxus
ſanguinis ab interioribꝫ mẽbris curaſ ſi po-
natur ſupra locũ fluxus. ¶Et idẽ auctorita-
H te albugeric. Coriandũ eſt frigidũ nartoticũ
inducens ſincopim ⁊ ſtuporẽ: ⁊ eſt toxicum:
quoniã odoratũ cõgelat: ⁊ ꝓhibet fumoſita-
tes aſcendere ad caput. Et ideo ꝯfert ſode ⁊
ebrietati. Et abſcindit fluxum ſanguinis: et
ſtringit ventrẽ. ¶Et idẽ auctoritate Alexan
I dri. Coriandrum ꝓhibet fumoſitates aſcen-
dere ad caput ⁊ ad cerebrũ. Et ꝓpter hoc po
nitur in cibis epilenticoꝝ: q̃ñ cauſe epilentie
ſunt vapores aſcendentes a ſtomacho.
¶Et idem aucto Alcauzi: quãdo coriandrũ
K ſiccum infunditur in aqua eius cum zuccaro
abſcindit virge erectionẽ ⁊ deſiccat ſperma.
¶Et idem auctoritate Raſis. Si bibantur
L ʒ. iiij. de ſucco eius recenti occidit: ⁊ abſcin-
dit fluxum ſanguinis a naribus quãdo odo-
ratur. ¶Et idem auctoritate Humay ĩ libro
M ꝑmutatiõis dixit: ꝙ pillule galieni ſunt ei cõ
trarie. Dyaſ. vero ꝯtradixit ei cũ ſcꝫ galien⁹
dixit: ꝙ coriandrum declinat ad caliditateꝫ
quoniã manifeſtũ eſt ipm eſſe virtutꝫ frigide.
Et ex dicto ſuo q̃ñ ſumitur ſuccus eius occi
dit. ¶Et idẽ auc. habix. Coriandruꝫ recens
N eſt mortificatiuũ: cõgelatiuũ: et ſi hõ vtiſ eo
multũ. Uel potũ aque ei⁹ eſt toxicũ. et ſi po
natur aqua ei⁹ cũ aliq̃ ex aliis herbis ⁊ q̃ñ cũ
aqua ei⁹ liniunſ apoſtemata ſanguinea aut
colerica cõfert ⁊ extinguit coꝝ inflãmatio-
nes. Omnia ꝓdicta etiã ſunt de mente Aui-
cenne. li. ij. capitulo de coriandro.



Capitulum. cxxxviij.

Ornea arbor ſiue cranea. Dyaſ. ca.
c Cornea ſemẽ ⁊ fructũ habet ſimileꝫ
olive: ſed paulo oblongi⁹ ⁊ viride Et
vocatur grece carniu. qđ cũ maturatũ fuerit
obtuſum habet colorẽ bonũ in ſe hñs ſapo-
rem ſtipticum eſt. ⁊ ideo diſſolutionẽ ventrꝫ
⁊ diſſintericos curat. ⁊ cũ in dulcore poſituꝫ
fuerit manducari poteſt quomõ oliue cõdiũ
tur cum ſale frigida eſt ⁊ ſicca.

Operationes

¶Dyaſcorides. Huius folia cũ ligno ſuo in A
foco miſſa ſudationem reddunt que illinita
zernas optime ſanat.
¶Galienus. ij. de cibis ca. de cibis ſilueſtri- B
bus. Cornu vero ⁊ bati ⁊ glãdes ⁊ ceteri fru
ctus ſilueſtres modicũ nutritiõis habẽt ca-
chochimi ſunt. Et mali ſtomacho et indele-
ctabiliſſimi. porcorũ vero eſca exiſtentes nõ
domeſticorum ſed in montibꝫ morantiuꝫ: ab
ipis eni plimũ hñt alimẽtũ. ¶Et idẽ. vij. ſim. C
far. ca. cranea. Cranee arborꝫ fruct⁹ ſtiptic⁹
eſt ſufficiẽter eſibilis exiſtẽs. q̃ circa nullum

mirabile attrahere ⁊ fortiter detinere cũ ven-
trem ſicut ⁊ meſpila. folia ꝓo ⁊ germina pon-
tica guſtu ſunt: ⁊ ſiccãt fortiter: vt ⁊ maxima
vulnera conſolidare poſſint ⁊ maxime duo-
rum corporum. paruis vero vulneribus vel
mollibus corporibus cõtraria magis ſunt.
tendunt enim hec ſiccatiua plus decente.

Capitulum. cxxxix

Ordumenum. Dyaſcorides capitu-
c lo cordilion: id eſt cordumenũ. Her-
ba eſt que naſcitur in Silicia. eius
frutex eſt ſarmentoſa: ſemen habens rotun-
dum: et duplex ſicut ſunt fabe: viſcidũ ⁊ odo-
ratum.

Operationes

A ¶ Dyaſcorides. Semen eius ſi bibitum fue-
rit ꝓuocat vrinam ⁊ menſtrua. Succus eiꝰ
virge ⁊ ſeminis tribus obulis bibitus cum
dulcore diebus decem nefreticis medican-
A tur. ¶ Radix eius tunſa ⁊ vt electuariũ com-
poſita toracis cauſas mirifice curat. Plini-
us. Radix eius potata lapides frangit.

Capitulum. cxl.

Oſtus. Aui. li. ij. cap. de coſto. Coſti
c ſpẽs ſũt tres. Una earũ ẽ arabica. et
eſt albꝫ leuis ⁊ aromaticꝰ. Et ſcđa ẽ
inda q̃ ẽ niger leuis: ⁊ ille amarꝰ ẽ. Et tertia
ſpẽs ḡuis odoris q̃ noiat̃ gariofilatꝰ Bonꝰ
aũt coſtꝰ falſificat̃ cũ radicibꝫ enule durꝫ. ⁊ ꝓ-
pterea nõ mordicat linguã: neq̧ hꝫ odorẽ for-
tẽ. Melior ẽ ille q̃ ẽ albꝫ recẽs plenꝰ nõ corro-
ſus: neq̧ fetidi odorꝫ: neq̧ mordicans vel le-
dens linguã. deinde yndus niger leuis: ⁊ ni-
ger aſeniꝰ. ⁊ melior ẽ marinꝰ ſubtiles habẽs
cortices. Eſt ca. i. iij. ſic. i. ij. In ipõ eſt q̃litas
amara ⁊ acris valde ⁊ caliditas ⁊ acredo a-
deo q̄ ipa vlceret. Dyaſ. cac. oſtus vtil' ẽ ara-
bicꝰ. Eſt aũt eligẽdꝰ cibꝫ leuis cũ odore plu-
rimo. Secũdꝰ ẽ yndicꝰ q̃ groſſior ẽ ⁊ niger ⁊
leuis vt ferula. Tertiꝰ ẽ ſyriacꝰ põdere gra-
uis ⁊ coloris buxei cũ odore ſtiptico ⁊ mor-
daci ſapore. habet quidẽ aliquaꝫ amaritudi-
nem ⁊ plus acredinẽ ca. participans quali-
tate vt extrahat. Paulus ca. de coſto. Coſtꝰ
eſt ca. ⁊ ſic. complexionis in tertio gradu.

Operationes

☞ ¶ Auicenna. Conuenit omni membro: A
quod indiget calefactione: et vt ex eo attra-

batur humoꝛ ex ꝓfundo. Abſtergit pannū cu
tis linit⁹ cū aqua ꝛ melle. In ipo ē vlceratio
ꝛ ille q̄ eſt amarus exiccat vlcera humida.
B ¶ Et ꝯuenit mollificatiōi neruoꝝ ꝛ attritio-
ni lacertoꝝ: ꝛ eſt bon⁹ ſciatice. ꝛ emplaſtꝝ ex
eo ꝯuenit litargie: ꝛ ꝯuenit doloꝛib⁹ pectoꝛ.
C ¶ Et ꝓuocat mēſtrua bibit⁹ ꝛ ſuffumigatus
in traiectoꝛio: ꝛ interficit fetum: ꝛ ꝓuocat
vrinā: ꝛ extrahit aſcarides ꝛ vermes.
D ¶ Et dat vires ad coitū: ꝛ ipē ſuppōit ad do-
loꝛes matric: ꝛ ꝯuenit doloꝛi matric fri. bi-
bitus ꝛ ſedēdo in decoctiōe ei⁹: ꝛ mouet na-
turā q̄n bibit cū vino. ꝛ ipē nō dat vires ad
coitū niſi ꝓpter humiditatē ſupfluā inflatiuā
E que ē in ipo. ¶ Et ꝯuenit rigoꝛi linit⁹ cū oleo
ꝛ cōuenit moꝛſib⁹ omib⁹ ſcꝫ moꝛſui vipere et
alijs moꝛſib⁹ q̄n bibit cū vino aut abſinthio.
loco ei⁹ ponitur piretri: medietas ponderis
F ipſi⁹. ¶ Dyaſ. Coſtus cū oleo tritus ꝛ coꝛpo-
ri punctus cū reb⁹ ſtipticis ſubuenit. Si au-
tē ante acceſſionē ſic vngat: rigoꝛē in perio-
dica febꝛe: ꝛ quartanā amputat ac etiā para-
liticis ꝛ ſciaticis vel q̄b⁹ aliqd membꝛū cale-
G fieri opus eſt. ¶ Unctus extrahit humoꝛes
de ꝓfundo. in potione vero: qꝛ virt⁹ eſt ei ca-
lida diuretica. mēſtrua ꝓuocat. peſſarijs ad-
iunctus idē doloꝛē matric mitigat moꝛſib⁹
venenat bibit⁹. ʒ. ij. opitulatur cū vino ꝛ ab-
ſinthio doloꝛē ſtomachi ꝛ inflationē: et tota
H eius vitia cōpeſcit: ventrē ſtimulat. ¶ Cū vi-
no dato lūbꝛicos latos deponit cū aqua po-
tatus oleo mixtus. ꝛ fricationi adhibit⁹ toꝛ-
pente frigoꝛe calefacit: eadē vnctione ꝛ para-
liticos curat. reumata ꝛ ſpaſmata ꝛ doloꝛem
lateꝝ ſanat. cū aqua mulſa trit⁹ ad efialas fa-
cit. melli mixt⁹ maculas ī facie natas deter-
git. malaginatib⁹ ꝛ antidotis neceſſe miſcet
I ¶ Adulteratur aūt cōmixt⁹ cū enule maioꝛi-
bus radicib⁹: ſed facile intelligit cū nec odo-
rem coſti habeat nec ſapoꝛē moꝛdacē. Nā co-
ſtus vires habet acres ſtringētes ꝛ calefaci-
K entes. ¶ Serapion auc. Galie. Coſtus cōue-
nit rigoꝛib⁹ fe. q̄n linitur cū eo ꝛ oleo coꝛpuſ.
ꝛ ꝯuenit ſciatice ꝛ paraliticis ꝛ omnib⁹ in q̄-
bus calefacere opoꝛtet aliquam coꝛpis par-
ticulam vel de ꝓfundo ad ſuperficiem attra-
L here aliquem humoꝛem. ¶ Propter eandem
autem cauſam ꝓuocat ꝛ menſtrua ꝛ vrinaꝫ
ꝛ confert ad contritionem lacertoꝛum et ad
doloꝛem lateris: ꝛ interficit aſcarides pro-
M pter amaritudinem. ¶ Et quando linitur cū
aqua ꝛ melle ſuper impetiginem mundificat
eam: ꝛ adiuuat ad libidinem. quoniā eſt in eo
de humiditate inflatiua ꝛ ventoſa quādo ſu-
mitur in potu cum vino.



Capitulum. cxli.

Ozula vel Mela perſica fruct⁹ iſte ē
c oībus not⁹. Sera. li. aggre. ca. beh-
mes. i. coꝛula. Uirt⁹ coꝝ eſt fri ꝛ hu.
in. ij. gra. Nā ꝓpoꝛtionant perſicis.

Operationes

¶ Et idē auc. Alcauzi. Laxāt colerā ꝛ gn̄ant A
hūoꝛes groſſos. Et idē auc. Raſis. Quidaꝫ
patiebat fumoſitates ab aliq̄ hūoꝛe exiſtēte
in ſtomacho ſuo. ꝛ dedi ſibi aliq̄b⁹ vicib⁹ de
criſomolis. i. coꝛulis recētib⁹: ꝛ ſedat⁹ eſt ille
fumus. Et ego nō credo ꝙ reperiat cib⁹ ali-
q̄s frigidioꝛ ꝛ mag iuuatiuus ſtomacho ca-
lido ꝙ̄ ipa: ꝛ iō faſtidiū tollūt. ¶ Aui. li. ca. ij B
de criſomulis. Melioꝛa ſunt armena. nō enī
cito aduenit eis coꝛruptio ꝛ acetoſitas: ꝛ cū
ſumunt criſomula. opoꝛtet vt accipiant ma-
ſticis ꝛ aniſi eq̄liter. ʒ. i. vſqꝫ ad. ij. cū vino pu-
ro aut vino de paſſis paꝝ ꝛ mellis ſunt fri. et
hu. in. ij. ꝛ oleū nucleoꝝ coꝝ eſt ca. ꝛ ſic. in. ij.
¶ Coꝝ humoꝛ ē facilis putrefactiōis ꝛ coꝝ C
infuſio ſedat ſitim ¶ Et criſomula q̄dē ſūt cō- D
uenientioꝛa ſtomacho ꝙ̄ ꝑſica. ꝛ armēa n̄ coꝛ-
rūpunt in ſtomacho: neqꝫ aceſcūt velociter.

ex eis vero que expellunt eoꝝ nocumentū ē
vt ꝑmo ſumat aniſum et maſtix cũ miua aut
vino de paſſis ꝛ conficiant cum melle puro.
ſtruis imperat.calculos veſice frangit.
¶ Yctericis ⁊ cephilargicis medicat̃. Radix eiꝰ **B**
cum viridis eſt a multis pro ſparago comedit̃.
que amara eſt ⁊ diuretica.
¶ Et idem auctoritate Galieni. Eſt medicina **C**
ſimilis ſu.in ſapore ⁊ virtute.niſi quia eſt ſubti
lior. multũ ideo fit aperitiua operationum q̃
ſunt in corpore toto.
¶ Et prouocat vrinam:⁊ mundificat renes a **D**
lapide qui generatur in eis.Et eſt bona guttu
ri.⁊ ſtringit ventrem.
¶ Paulus capitulo de kubeba. Kubeba va- **E**
let contra frigidum reuma.⁊ confortat cerebꝝ
et curat apoplexiam.

Capitulum.cccxxix.

Kubube. Pliniꝰ cap.de Kubube. Ex
k eis ſunt domeſtice ⁊ ſilueſtres. Sunt
enĩ fructus cuiuſdã arboris in partibꝫ
Indie naſcentes. Et ſunt triũ generum. Sũt
enim ſilueſtres q̃ ſunt minores.⁊ ſunt ſaporis
acuti ſicut piper.⁊ ſunt graues intus plene bre
uis ſtipitis. Sunt etiã alijs ſuperioribꝫ ſilue-
ſtres maiores põderoſe ſiliter et plene amari
ſaporis:ſupioribꝫ meliores. Sunt alie q̃ ſunt
domeſtice oĩbꝫ p̃dictis laudabiliores. Inte-
rius inanes leuis põderis lõgi ſtipitꝭ:modice
amaritudinis. In ſũmitate habẽtes planiciẽ
aliquã:⁊ vbi ↄiungit̃ ſtipiti cõcauitas eſt q̃dã
cũ maſticat̃ fumoſitas q̃dam euaporabilis ad
cerebꝛũ aſcendit. Cũ ſimpliciter ponit̃ iſta in
telligit̃. Virtus eſt in folijs ⁊ in ſemine eiꝰ ca-
lide ⁊ ſicce temperate. ¶ Serapion li.aggre.ca.
kubebe. Kubube eſt planta habens folia mir
te domeſtice.niſi quia ſunt latiora eis.⁊ ſummi
tates eoꝝ ſunt acute:ſicut ſummitates lancee.
Et habet fructũ rotundũ aliq̃ntulum depreſ-
ſum ⁊ latum. Inter folia eius repertuꝫ: qđ q̃ñ
maturat̃ vergit ad rubedinem inter ip̃m ⁊ gra
nũ triangulũ.⁊ hꝫ ramulos ſil'es ramis plante
dicte laros:egredientes ab vna radice ſic̃ agre



Capitulum.ccxl.

Lactuca.yſidorus. Lactuca di-
citur eo q habundantiã lactis
exuberet.ſeu q lacte nutrientes
feminas implet. Hec et in viris
veneris vſum coercet. ¶ Platea-
rius. Lactuca cibariorum vſui competit ſemen
eius medicine. quod frigidius eſt ipſa herba.
Judicantur autem ab autoribus omnium herba-
rum temperatiſſima. ¶ Palladius libro ſcdo
menſe Januario lactuca ſerenda eſt .vel Decẽ
bri. vt planta eius Februario tráſferatur. Itẽ
Februario ſeritur vt poſſit aprili menſe tranſ-
ferre. Sed certum eſt eam toto anno bene ſeri
ſi locus ſit letus. ſtercoratus. irriguus .anteq̃
pangatur radices eius reſecemus equaliter. ⁊
liquido fimo linamus. Uel q̃ iam pacte ſunt
nudate letamen accipiant. Amant ſolũ ſubac-
tum. pingue. humidum. ſtercoratum. ¶ Avi-
cenna in capitulo Lactuca. Et ſunt eius tres
ſpecies. Una eſt que vocatur agreſtis. quã gre
ci ſaralliam vocant. Cuius tyrſus in modum
ſecundi eſt. Et eſt ſpecies ſcariole ſicut apparet
ibidem. Alia ſpecies dicitur lactuca azini. quã
ſi vis ſcire lege capi. xxxij. Ancuſa ſupra de A.
Et alia ſpecies q̃ dicitur Lactuca domeſtica que
omnibus eſt nota. de qua hic loquimur. Galie
nus ſexto ſimpli. far. cap. de lactuca ſm tranſla
tionem grecam. Lactuce domeſtice virtus eſt
que infrigidat ⁊ humectat ſicut aqua non ex-
tranee. ſed ſicut aqua ſtagnorum vel lacunarum:
vel fontanarum. Et ipſa eſt que generat ſan-
guinem bonum. Lactuca agreſtis eſt ſimilis
domeſtice: niſi quia ſtipitem habet maiorem. ⁊
folia eius ſunt albiora foliis eius et ſubtiliora
⁊ aſperiora. Et ſapor eius eſt amarus: et eſt in
virtute ſua ſimilis papaueri nigro

Operationes

A ¶ Serapion lib. aggre. cap. Hakas. i. lactuca.
Uirtus lactuce domeſtice eſt q conuenit apoſte-
matibus calidis ⁊ heriſipile. Et ſemen eius qñ bi-
bitur abſcindit diſtillationẽ humiditatis ſperma-
tis. Et conuenit pollutioni que fit in ſomnis.

B ¶ Et idem auctoritate Galieni in lib. de cibis.
Lactuca generat ſanguinem bonum in fine
bonitatis. Et ego quidem comedebam lactu-
cas quando eram iuuenis: quia in ſtomacho
generabatur colera. et ſic infrigidabam ipſum.
⁊ tunc etiam poſtq̃ ſenui comedo eas elixas.
Ideo quia non reperio aliquam herbam cum
qua poſſum curare vigilias ſicut cũ ipſa. Hu-
mor vero qui generatur ex ea eſt frigidus ⁊ hu
midus. Et neq̃ ex ea accidit nocumentũ ſicut
ex aliis oleribus. ⁊ non ſtringit ventrẽ nec laxat.
quia nõ habet ſtipticitatẽ nec ſalſedinem neq̃
acuitatem.

¶ Idem q̃ auc. Diaſ. Lactuca domeſtica eſt C
bona ſtomacho: ⁊ infrigidat vẽtrẽ: ⁊ facit dor-
mire. ⁊ prouocat lac. Et qñ ipſa decoquitur eſt
magis iuuatiua. et qñ comeditur ſic euellitur
ſine ablutione. conuenit illis qui conquerunt
de ſtomacho ſuo.

¶ Et aſſiduus vſus comeſtionis earũ obtene- D
brat viſum. Et qñ fit emplaſtrũ cũ ea conuenit
apoſtematibus calidis: ⁊ heriſipile. dũmodo nõ
ſit vehementis inflãmationis.

¶ Sed ſemen eius bibitur ⁊ valet cõtra fluxũ E
ventris. ⁊ extinguit libidinem ⁊ pollutionem
ſeminis in ſomnis. Sed qñ lactuca emiſerit
ſtipitem ſuum tunc efficitur virtus ſucci ⁊ lac-
tis ipſius ſimilis virtuti lactuce agreſtis et pa
paueris nigri.

¶ Et idem auct. Ruffi. Lactuca q̃dem curat F
egritudines q̃ fiũt ab ebrietate qñ ſumitur: ſz ipa
nocet inteſtinis. ⁊ lenit ventrẽ. ⁊ abſcindit libi-
dinem. ⁊ facit dormire.

¶ Item qñ coquitur cũ oleo ziziamino. ⁊ comeditur G
expellit ictericiã. ⁊ eſt medicina bona opilatio
nibus nariũ ⁊ corize qñ comeditur in ieiunio cocta
cũ oleo. ſinapiũ ⁊ lac lactuce domeſtice cũ emit
tit ſtipitem abſtergit vulnera q̃ fiunt in tunica
cornea. Lac vero lactuce agreſte poſitum in
fronte inducit ſomnum.

¶ Et qñ fit collirium cum eo lacte iuuencule H
conuenit vlceri cornee. ⁊ placat dolorem capitis
⁊ prouocat menſtrua. ⁊ curat morſum rutele ⁊
ſcorpionis.

¶ Galienus. Calidis flegmonibus cõgruit: nec I
non paruis heriſipilationibus: non tamẽ po
tens eſt maioribus ſufficere. Eſt autem ex cibis
ſedantibus ſitim. Semen vero bibitum cõtra
gomorream. i. effuſionem ſpermatis cohibet.
Unde ⁊ ſomniantibus datur ſicut etiã ſemen
agreſtis lactuci liquorem citius colligit caligi
nem. necnon inſuper vſtionibus apta eſt ſub-
iuncta cũ lacte feminco.

¶ Et idem ſcdo libro de cibis. cap. de Lactu- K
ca ſm tranſlationem grecam. Noſſe aũt opor
tet ex omnibus oleribus pauciſſimũ ⁊ chacoch
cimum ſanguinem generantibus ex lactuca nõ
multum quidem neq̃ cacocemum. non tamen
euchimũ perfecte ſanguinem generari: come-
dunt aũt ipſam vt ad multũ quidem crudam.
qñ autem extiterit circa productionem ſeminis
eſtatis tempe pelixatam in aqua dulci offerũt
cum oleo ⁊ garo ⁊ aceto. aut cum aliquo ſalſa-
mentorum. Et maxime quecũq̃ eorum que cum ca
ſeo preparantur.

L ¶ Utuntur autem ipſa ⁊ anteq̄ȝ in ſtipitē im-
petuauerit ꝑ aquam elixantes: ſicut ⁊ ego nūc
incepi: ex q̄ dētes habeo prauos. ſciens em̄ ali-
quis amicoꝝ in ɔſuetudine q̇dem mihi ex mul
to tempe olus ħ laboroſam autē nūc habens
maſticationem induxit decoctionem.

M ¶ Utebar autem lactucis in iuuentute quidē
calefaciente mihi continue ſuperiori ventre in
frigidationis gratia.

N ¶ Auicenna li. ij. cap̄. de lactuca. Ex ea eſt do-
meſtica ⁊ ſilueſtris. Et illa que eſt ſilueſtris eſt
ſimilis in virtute papaueris nigri.

O ¶ Et idem auctoritate Galieni. Non eſt infri
giditate eius que domeſtica vel ortulana eſt ap
plicatio ad vltimum.



Capitulum. ccxlj.

l Acca. Platearius. Lacca eſt gūmi ar-
boris: quod defertur a partibus vltra
marinis. quo tinguntur panni colore
rubeo. Habet virtutē extenuatoriam. Et eſt
calide et ſicce complexionis in tertio gradu.
Serapion libro aggregatoris capitulo Lec.
auctoritate Dyaſcoridis. Lec eſt gūma arbo-
ris que naſcitur in terris arabū. ⁊ eſt in ea ſimi
le myrre ⁊ ſtoraci. Et habet virtutem extenuan-
di. Et idem aucto. Galieni. Lacca eſt gūmi ar-
boris que naſcitur in Arabia: que eſt ſimilis
myrre: habens odorem bonum. ⁊ adminiſtra
tur in fumigijs. et tinguntur ex ea panni rubei
coloris. et dicitur tinctura illa Karmes. et de-
fertur ſimiliter de armenia. et eſt calide et ſicce
complexionis in tertio gradu. Et idem aucto-
ritate Galieni in tranſlatiōe albatarith. Lac-
ca eſt gumma arboris que naſcitur in Arabia:
que eſt ſimilis myrre habens odorem bonum
Et idem auctoritate Raſis. Lacca cadit ex ce
lo ſuper ramos arboris gubera. id eſt meſpili
in partibus Sireff: in inſulis maris. et eſt ca
lide et ſicce complexionis. ¶ Auicenna libro
ſecundo capitulo de lacca. Lacca dixerunt qui
dam de quibus eſt dictū Paulus. eſt gumma
herbe ſimilis myrre boni odoris. ⁊ oportet ꝙ
adminiſtretur cum cautela. Alij vero errauē-
runt et dixerunt ꝙ eſt Karabe. Uerum lacca
in pleriſq̄ȝ eſt virtutis karabe. ⁊ eſt extenuati-
ua virtute vehementi.

Operationes.

¶ Dyaſcorides. Lacca cōfert aſmati: ſi puluis A
eius cum ouo ſumatur ieiuno ſtomacho. ⁊ con
fert ſpleneticis in ſyrupo ſi ponatur: et ꝓuocat
menſtrua. ⁊ ɔfortat viſum ſ̄m omnē modū ad-
miniſtrationis eius. ⁊ cōfortat ſtomachum: et
aperit opilationem ſtomachi ⁊ epatis. ⁊ curat
ytericiam ex opilatione.

¶ Serapion. Lacca habet virtutem extenuan B
di pingues. ⁊ bibunt de ea ſplenetici ⁊ aſmatici
⁊ ɔfert. Et qn̄ bibitur cum mellicrato ꝓuocat
mēſtrua: ⁊ abſtergit maculas que fiunt in ocu
lis abſterſione veloci.

¶ Et curat debilitatem viſus quando miſce- C
tur cum vino. ⁊ fit inde collirium. et eſt bona
dolori dentium. et aperit opilationes. ⁊ forti-
ficat viſcera. et tinguntur inde panni coloris
rubei.

¶ Et aperit opilationem ſtomachi: et confor- D
tat eum. et confert ytericie. Et modus ablu-
tionis eius eſt: ꝙ accipitur gummi eius et te-
ritur ⁊ proijcitur ſuper ea aqua calida. in qua
bulierint ariſtologia ⁊ ſquinantum. ⁊ moue-
tur cum piſtello ⁊ dimittitur reſidere. ⁊ eijcitur
aqua. deinde deſiccatur in vmbra. et reponitur
in vaſe vitreo. ⁊ ſi non clarificatur prima vice:
facias ſecundo.

¶ Auicen̄. Lacca confert tremori cordis. ⁊ cō- E
fert epati. ⁊ ɔfortat ſtomachū. ⁊ ɔfert ytericie
⁊ ydropiſi: ⁊ doloribꝫ epatis.



Capitulum.ccxlii.

Arix.yſi. Larix a caſtello liricino dicta
l eſt.ex q̄ tabule tegulis affixe flām̄a repel
lunt:nec ex ſe carbones exuſte efficiunt.
¶ Pli.lib.xvi. Larix eſt arbor ex ſilueſtri genere
cui folia nō decidūt.ſicut nec abieti.nulloq̄ꝫ flore
exhilarat.ꝑtin⁹ eīm e flore fruct⁹ gignit̄. Mō
tes amat ſicut ꝛ cedr⁹.ꝛ eſt q̄ntū gen⁹ eaꝝ q̄ picē
ferūt.cui ſitus idē ꝛ facies.vt abieti. Hui⁹ ma
teria lōge p̄ſtātior incorrupta.vis hūore contu
max rube⁹.ꝑterea ꝛ odore acrior. Huic quoq̄ꝫ
pluſculū erūpit liq̄ris.mellio colore atq̄ꝫ lētio
re nūq̄ꝫ dureſcentiſ. Sextum ṽo gen⁹ eſt teda.
laricíſq̄ꝫ morb⁹ eſt vt teda fiat. Omia ṽo hui⁹
genera q̄ picem ferūt accenſa fuligine in modi
ca repente carbonē cum eruptionis crepitu ex
puunt.eiaculanturq̄ꝫ lōge.excepta larice.que
nec ardet.nec facit carbōes.nec alio mō ignis
vi ꝯſumit̄ q̄ꝫ lapides. Omnia quoq̄ꝫ illa ꝑpe
tuo virent. Larice ſunt omniū arboꝝ altiſſime
atq̄ꝫ rectiſſime.

Operationes.

A ¶ Pli.in li.viiī. Signit ꝛ larix cauchrin ſicut ꝛ
abies.vicꝫ pillulā in medicina vim vrendi ha
bentem q̄ ꝯtinet nucleum pineis ſimilem.
B ¶ Idem in li.xvij. Serunt̄ autem ſemine nec
vnq̄ꝫ degenerant larix ac cypreſſus ac palme.
¶ Palla.li.xij. Larix ad materiaꝫ eſt vtiliſſima
ex q̄ tabulas ſuffigas tegulis ī frōte ꝛ extremi
tate rectoꝝ.ꝯtuliſti p̄ſidiū ꝯ incēdia. Nec em̄
flāmas recipiūt aut carbones creare poſſunt.

Capitulum.ccxliii.

Appacium maius. Dyaſ.ca.de lappa
l cio.ponit quattuor eius genera dicēs
Lappacij q̄ttuor ſunt genera vel ſpe
cies. Unuꝫ qd̄ manducat̄.ꝛ eſt illud qd̄ vocat̄
inſipidū. Alterum qd̄ dicitur oxilappacium.et
acetoſum lappacium. Et illa eſt herba q̄ vocat̄
acetoſa q̄ in locis humidis naſcitur.ꝛ in ſum
mitate eius ſunt folia acuta ꝛ dura.verum me
lius eſt qd̄ in ortis naſcit̄. Eſt aliud genus lap
pacij quod eſt agreſte.et bonum minus. ſimile
plantagini ſuꝑ terram ſparſum ꝛ indebile. Eſt
aliud genus qd̄ multi ꝫadam dicunt. Folia ſi
milia lappacio agreſti.habens et virgam mino
rem. ſemen ei eſt acutum ꝛ ruſum ſiue ſubni
grum.ꝛ triangulatum ꝛ viſcidum.ſuꝑ virgam
habentes ſemen. Gal.ſexto ſim.far.ca.de lappa
cio. Lappaciuꝫ dyaforetice moderate virtutis.
Acutum vero lappacium mixtum ſimul ṽo cū
dyaforetica ꝛ repercuſſiua participat quadam

qualitate. Semen vero eius habet quid ſtipti cũ manifeſte: ꝛ diſſenterias ꝛ diarias ſanat: et maxime id qđ eſt acutum lappucium. Equinũ aũt lappaciũ in nemoꝛibꝰ q̇dem generaẜ. vt plurimũ autẽ eſt eiuſdem quidem cum p̄dictis debilioꝛis vero virtutis

Operationes.

A ¶ Dyaſ. Uirtus lappacij vna eſt q̄ ventrẽ mollit crudum ꝛ tunſum ꝛ cathaplaſmatibꝰ adhibitũ cũ oleo roſaꝝ duricies ſpargit.

B ¶ Ualet etiã ꝯ ſcabiem: empetiginẽ: ꝛ ſerpiginẽ ſi accipiaẜ ſuccꝰ eius ꝛ oleũ nucis. ꝛ pix liq̇da: ꝛ ſimul bulliant. ꝛ coletur. ꝛ colature addatur puluis tartari. ꝛ ſulphuris. ꝛ fiat vngentuꝫ ad apoſtemata maturanduꝫ. Lappaciũ acutũ tritũ ꝛ i oleo decoctũ: ꝛ cũ axungia supponaẜ.

C ¶ Cõtra ſplenis duriciẽ ſuccꝰ lappacij acuti cũ ſtoꝛace liq̇da ꝛ armoniaco ꝛ aceto ꝯficiaẜ ꝛ dimittaẜ tribꝰ diebꝰ: poſtea fiat decoctio ꝛ coleẜ: ꝛ colature addaẜ cera ꝛ oleũ ꝛ fiat vngentũ.

D ¶ Aqua vel vinũ decoctionis eius ſoluit opilationem ſplenis vel epatis. Cõtra ſcrofulas nouellas fiat emplaſtrum ex lappacio acuto ꝛ axungia ſimul ꝯtritis.

E ¶ Criſpelle facte ex lappacio acuto valent aſmaticis ex frigida cauſa.



Capitulum. ccxliiij.

l Appaciũ minꝰ ſiue rotũdũ. Platearꝰ Lappaciũ rotundũ dꝛ eo q̓ ad rotũditatẽ tendit: ꝛ minoꝛ eſt ſup̄dicte. Ca. ẽ ꝛ ſic. in. iij. ḡdu. Paulꝰ ca. de lappacio: ex ea eſt maioꝛ ꝛ minoꝛ. Maioꝛ vocaẜ bardanus: et eſt maſculꝰ carẽs ſemĩe. Minoꝛ vocaẜ bardana. ꝛ eſt femina faciens lappas ꝛ ſemĩa adherentia pãnis. aliq̇ vocãt eam lappã inuerſam.

Operationes.

¶ Dyaſ. Radix eiꝰ cataplaſmata lepꝛoſis medicaẜ. Eius elixatura fomẽto adbibita ꝛ in balneis fricata. pꝛuriginẽ coꝛpis tollit. doloꝛẽ auriũ mitigat. A

¶ In vino elixa doloꝛẽ dentium gargariſmo cõpeſcit. ꝛ cataplaſmata ſcrophas ſpargit. Et omniũ v̓tus eſt vna cũ p̄dicta. B



Capitulum. ccxlv.

l Apago. Dyaſ. ca. appꝛoparine. i. lapago Et eſt herba v̓gas multas hñs longas et q̄dras ꝛ aſpas. folia rara ꝛ inoꝛdine poſita. ſemen eſt ei albũ ꝛ rotundũ ꝛ p̄uum. in medio pertuſatũ ſic vmbilicꝰ. floꝛẽ habet albũ Folia eiꝰ veſtibꝰ tranſeuntiũ inherent. Naſciẜ

circa muros ⁊ ortos. Hac herba paſtores ꝓ liq̄torio vtūt lac liq̄tes. Gal. vi. ſim. far. c. apozma Apozma filiātropos vel filotropi dr̄. Dr̄ etiam lappula minuta ⁊ purpurea. mediocrit abſtergit ⁊ deſiccat. habet aūt aliq̄d ſubtiliū partiū.

Operationes.

A ¶ Dyaſ. Succꝰ huiꝰ herbe ⁊ ṽgaꝝ ⁊ ſemis eiꝰ morſū mitigat ſpalāgiōis cū vino bibitꝰ ⁊ venenis occurrit. Hic ſuccꝰ auribꝫ infuſus earū dolorē mitigat. hec herba cū axungia mixta ſcrophas ſpargit. folia āt eiꝰ ꝯſtringētꝫ ſunt ṽtutꝫ.
B ¶ Et ꝓpterea fluorē ſanguis cathaplaſmatibꝫ appoſita medent. ⁊ rei coherenti miſcent.



Capitulum. ccxlvj.

Aurꝰ. yſi. Laurꝰ a laude dicta eſt. vñ et
L olim laudea dicebat. Hac em̄ cū laude victoꝝ capita coronabāt: eo ꝙ nūq̄ʒ viriditateʒ deponat. ſola q̄ʒ arbor hec vulgo fulminari minime credit. ¶ Auic. Laurꝰ eſt arbor cali. ⁊ ſic. in. ij. cuiꝰ odor redolēs. Orit in locis mōtuoſis hñs folia ſic̄ mirti: niſi ꝙ maiora ſūt Et eiꝰ fructus eſt rubeꝰ. ṽtuſq̄ʒ illiꝰ eſt in folijs ⁊ fructu ipiꝰ. Grana eiꝰ ſūt ad modum auellane parue. In ipa tota eſt calefactio. Sed g̃na eiꝰ calidiora ſunt folijs. Cortex vero debilior eſt ⁊ minoris caliditatꝫ. ¶ Pla. Laurꝰ ca. eſt ⁊ ſic. Cuiꝰ folia ṽtutē hñt ꝯfortādi fructus ex aromaticitate diſſoluēdi ⁊ ꝯſumēdi. Folia exſiccata in loco vmbroſo ⁊ nō fumoſo ꝑ annū ī multa efficacia ſeruāt. fructus ꝑ duos annos. ¶ Pala. li. iij. Menſe februario ex baccis mirte ⁊ lauri ſeminaria ſunt faciēda. vel ſi facta fuerint excolēda. ¶ Sera. li. aggre. cap. gara. auc. Dyaſ. Gara. i. laurus. Ex eo eſt hñs ſtricta folia. ⁊ ex eo eſt hñs latiora. ⁊ eſt maſculꝰ. ⁊ calefaciūt ⁊ deſiccant calefactione ⁊ deſiccatōe forti. Et granū eiꝰ eſt fortiꝰ. ¶ Dyaſ. ca. ď Lauro ſcḋm trāſlationem grecam. Laurus alia eſt latioꝝ folioꝝ. alia tenuioꝝ. ſed vtreq̄ʒ feruentis virtutis ſunt atq̄ʒ recorporatiue. quoꝝ elixatura calida eſt. ¶ Gal. vi. ſim. far. ca. daſne arboris ſiue lauri tam folia q̄ʒ fructus ſiccant ⁊ calefaciunt vehemēter. plus tamē fructus q̄ʒ folia. Cortex vero radicis minus quidem acer ⁊ calidus. magis autem amarus: ⁊ q̄d ſtipticitatis habet. ¶ Juuenalis. Laurus eſt arbor cuiꝰ folijs victores coronant. vnde lauro ꝓpter victoriā coronatus: dicit laureatus. ⁊ corona quapropter virginitatem mulieres coronant: vocatur laureola.

Operationes

¶ Dyaſ. Elixaturā eiꝰ ſi in ſcafio miſſa fuerit ⁊ A
deſup ſedeat veſice ⁊ matricis dolorē cōpeſcit.
Huiꝰ folia viridia ſtiptica q̄ tunſa ⁊ cataplaſmatibꝫ adhibita veſparū ⁊ apum ꝑcuſſium ꝓhibent: ⁊ omēs tumores ſpargent. B
¶ Et ſi ſynapi aut polente miſceant et viridia bibita nauſeā ꝓuocant. ſtomachū ſubuertunt
Huius bacca plꝰ ca. eſt q̄ʒ folia. C
¶ Et habet virtutē fortiorē q̄ tunſa ⁊ electuarij more melle collecta: tuſſientes ⁊ ptiſicos ortonoicos ⁊ toracis reumatiſmum ſanitati reſtituit. cum vino bibita ictibus ſcorpionū occurrit: maculas nigras detergit. D
¶ Succus eius ſurditatē auriū manere non ſinit. ⁊ incōgruos ſonos cū vino ⁊ oleo roſarū adhibita cōpeſcit. E
¶ Acopis ⁊ vnctionibꝫ calidis notabiliter miſcetur. virtutibꝫ etiam dyaforeticis neceſſe miſcet. Coriū eiuſdē arboris tritū ⁊ bibitū calculos frangit. aborſum excludit epaticis obulis tribꝫ cū vino bibitū pſtat effectū. F
¶ Succꝰ ṽo radicis eiꝰ minus eſt acer: ⁊ tñ eſt amarus ⁊ magꝭ ſtipticꝰ. ꝓpter qđ lapides veſice rumpit. oīs aūt arbor vires hʒ acriter relaxantes ⁊ calefacientes ⁊ euaporātes. G
¶ Galienꝰ. Laurus lapides frangit: ⁊ epaticꝭ cōfert. bibitus cum vino odorifero in pondere trium obolorum.

H ¶ Aui. Laurꝰ ꝯfert doloribꝫ neruoꝝ oībꝫ. Li-
nit ſup morſeam cū vino. Reſoluit etiā ſodam
I ⁊ facit ad dolores aurꝫ frigidos. ¶ Raſis. Iar
.i. laurꝰ. Apoſtemati matricꝫ ⁊ pūcture ſcorpio
nis: ac dolori neruoꝝ auxiliat̃. ꝙ totū ſemē et
oleū auxiliāt̃. faſtidiū tamen ⁊ vomitum faciūt
K ¶ Cortex eius bibitus frangit lapidem.



Capitulum. ccxlvij.

Aureola. Ubi ſciendum ꝙ aliq̄ putant
l laureolā nō eſſe mezereon. q̄ꝝ ſcꝫ error di
noſcit̃ in ca. coconidion ſuperius de C.
Dyaſ. ca. Daſnoides. i. laureola. habet virgas
lōgas duobꝫ cubitꝫ. tenues rectas ⁊ lenes. ⁊ fo
lia lauri ſilia. ſꝫ tenuiora ⁊ viridiora. ſemen in
medijs folijs hñs. Et idē ſꝫm aliā trāſlationē.
Daſnoides. i. laureola cubiti vniꝰ hꝫ lōgitudi
nē. ⁊ v̄gas multas ⁊ nō fragiles ſed muſcilagi
noſas. Folia ſūt illi lauro ſimilia ſꝫ molliora.
id eſt flexibiliora ⁊ duriora. ⁊ nō frāgibiliora
guſtu calida exaſperātia. Flores albos habet.
ſemen ꝟo nigrum cū maturū erit. Radix eſt illi
inutilis. Naſcit̃ locis montuoſis. Et illud qđ
de ea adminiſtrat̃ eſt radix.

Operationes.

¶ Dyaſ. Daſnoides. i. laureola. folia eiꝰ ſicca A
⁊ viridia bibita. flegma vētris deponūt. vomi
tū ꝓuocāt. mēſtruis imperant. Apoflegmatiſ-
mis maſticata p̄ſtāt auxiliū. ſternutamēta ꝓuo
cāt. ſeminis eiꝰ grana. x. bibita ventrē molliūt.
¶ Gal. Camedapne. i. laureola. ꝓuocat vrinā ⁊ B
mēſtrua. Et ꝯfert diſtillationi vrine ⁊ mingen
tibꝫ ſanguinē. ¶ Caſſius felix ca. Camedap- C
ne. Et eſt diuretica valde. Folia eiꝰ cataplaſ-
matibꝫ adhibita dolorē capitis tollūt. egeſtiōes
ſtomachi impoſita compeſcunt.
¶ Et tortiones anteriores cū vino bibita po- D
tiſſime q̄ ſemia habēt anteriꝰ. poſteriores ꝟo
q̄ ſunt poſteriꝰ medicant̃. Succꝰ eius cū vino
bibitus mēſtruis imperat. ꝓuocat vrinā. peſſa
rio adhibitꝰ: hec oīa facit.
¶ Mictualis eſt virtutis cum folijs ſuis ſine E
floribꝫ incēdioſe ſe laborātes quidā captaplaſ-
mauerunt. Que ꝟo dicit Meſue. vide ca. co-
cognidion ſupra de C.



Capitulum. ccxlviij.

Audanum. Dyaſco. Eſt enim genus
l edere. quam multi antion vocāt. Alij
barbam yrcinam. quia pinguedo eiꝰ
adheret barbis yrcorum. frutex eſt ſimilis cy-
ſtereon. ſed lōgiora folia habet hec et integra

Et neſcio quam pinguedinem habet ſuper fo
lia. Uirtus eſt illi ſtiptica in folijs. ⁊ ex ea col
ligitur laudanũ. Huius enim edere folia yrci
caprarum libenter manducãt quã cum depa/
ſcere ceperint pinguedo illa que ſuper folijs
erit barbis ⁊ humeris yrcorum adheret. Et a
diligentibꝫ ex ipſis collecta ⁊ in ſe redacta lau/
danum faciunt. Alij vero ſuper ramos ipſius
funes trahunt extendentes inter ſe. Et ſi quid
ex ipſa pinguedine funi adheſerit colligunt. Et
ſic vtuntur tali diſciplina ⁊ manibus fricata
malaxant: et paſtillos ex ipſa faciunt: qḋ lau/
danum vocant. Eſt autem vtile quod odore
plenum eſt ⁊ viride: ⁊ facile ad malaxandum
⁊ pingue non habens arenam commixtam. et
minime fragile. ⁊ ſimile reſine. Cuius virtus
ca. eſt ⁊ hu. in fine primi gradus: prope ſecun/
dum. Subſtantia eius eſt ſubtilis multum.
⁊ in ſapore eius eſt ſtipticitas pauca. Serapi
on. Caledent. id eſt laudanum. Et colligitur
ex vna ſpecie ciſſos. et eſt arbuſtum quod aſ/
ſimilatur ciſtereon. niſi quia folia eius ſunt lõ/
giora ⁊ nigriora. ⁊ habet humiditatem que ad
heret manui tangentis eam in vere. ⁊ eſt ſtipti
ca. ⁊ ex hac ſpecie accipitur laudanum quod di
ſciplina ſuperiori conficitur.

Operationes.

A ¶ Galienus. vij. ſim. farma. cap̄. Cithus ſiue
ciſtus. id eſt laudanum. Eſt autem ſubtilium
partium in ſubſtãtia ⁊ calide virtutis ſm pri/
mum acceſſum complete. vt eſt ſecundũ: tanget
propterea. virtus eius eſt que maturat. aggre
gat ⁊ fortificat. ⁊ ſimiliter dyaforetice eſt virtu
tis ⁊ digeſtiue. ⁊ vltra p̄dicta habet quandam
ſtipticitatem breuem: propter quod cõfert egri
tudinibꝫ matricis. et fortificat eam.

B ¶ Et facit oriri capillos qui cadunt. propterea
quia deſtruit quod eſt in radicibꝫ eoꝝ ⁊ humi/
ditatibus eoꝝ malis. ⁊ ſtringit ſua ſtipticitate
poros ꝑ quos egrediũtur pili. Fiunt enim he
paſſionos propter prauos humores: viſcoſos
⁊ groſſos: quos incĩſiua ⁊ dyaforetica farmaca
maxime educũt ⁊ euacuãt. ſubtiliũ vero parti/
um oportet eſſe virtutẽ ca. ⁊ non multũ ſtiptice.
Nõ tñ intantũ ſubtiliũ partiũ ⁊ ſiccantium vt
ſiccent et depaſcent cum humoribꝫ p̄ter natu/
ram aceruatis ibi naturalem humiditatẽ que
augent capillos. ita enim non alopicias ſana/
bunt magis q̃ caluiciem operabuntur.

C ¶ Alecnõ ⁊ laudanũ incarnat vlcera difficilis
ꝯſolidatõis ⁊ miſcetꝰ in medicinis ſedantibus
tuſſim. Et quando bibitur cũ vino veteri ſtrin
git ventrem. ⁊ fit ex eo fumigium ad expellendũ
ſecundinam. ⁊ ponitur in naſcalibus valenti/
bus contra duriciem matricis.

¶ Paulus cap̄. de Laudano. Eſt eligendum D
quod eſt ponderoſius ⁊ nigrum: ⁊ qḋ malaxa/
ri poteſt. Et valet etiam ſic electum contra epi/
lentiam ſi inungatur ſpina patientis. et valet
ad frigiditatem matricis ⁊ ſuffocationẽ: ſi mu
lier ex eo recipit fumum. ⁊ ſup inferiora. Ualet
etiam contra relaxationem dentium: ſi lauda/
num ⁊ maſtix conficiantur: et circa gingiuas
extra et intus ponantur.

¶ Serapion auctoritate Dyaſcoridis. cap̄. le/ E
dent. id eſt laudanum. Uirtus laudani eſt ca.
mollificatiua. aperitiua orificiorũ venarũ. qñ
miſcetꝰ cum vino ⁊ mirra. et cum oleo mirtino
ſuper cicatrices vlcerum meliorat eas.

¶ Et qñ mittitꝰ in aurẽ cũ vino q̄d dꝛ ydromel: F
aut cũ oleo roſaꝝ: curat dolorem eaꝝ. ⁊ fit inde
fumigiũ ad expellendũ ſecundinam.

¶ Et ponitur in confectione naſcalium vel col G
lirioꝝ matricum. ⁊ confert duriciebꝫ earum. et
miſcetur in medicinis ſedantibus dolorem. et
in medicinis tuſſis ⁊ vngentis.

¶ Et quando bibitur cum vino veteri ſtringit H
ventrem ⁊ prouocat vrinam faciliter.

¶ Auicenna. Laudanum eſt ſubtile. et eſt in eo I
pauca ſtipticitas. ⁊ eſt maturatiuum humidi/
tatum groſſarũ viſcoſaꝝ quas cũ equalitate re
ſoluit in quo eſt virtus attractiua. et eſt calefac
tiuũ. aperitiuum orificiorum venarum. et in/
greditur in ſedatione doloris. ⁊ facit naſci pi/
los: inſpiſſat eos ⁊ prolongat eos ⁊ conſeruat
proprie cum oleo mirtino ⁊ cum vino. ⁊ non fa/
cit hoc niſi quia ipſum eſt ſubtile: ⁊ profundatꝰ:
et eſt reſolutiuum ⁊ mundificat corruptionem
corrodentem carnem.

¶ Et eſt attractiuum: ⁊ attrahit materiam bo/ K
nam ad pilos. verũtamen non videtur confer/
re caluiciei cum incipit. et caſui piloꝝ cũ appa/
ret cutis. ⁊ fluxue capilloꝝ. ⁊ non peruenit ad
hoc vt ſanet alopiciam. quoniam materia alo/
picie non reſoluitur niſi virtute que eſt ſupra
virtutem reſolutionis eius.

¶ Et laudanum conſolidat vlcera dure con/ L
ſolidationis. ⁊ ſtillatur cum oleo roſarum in
aurem doloroſam. ⁊ ingreditur in medicinis
ſode ⁊ pulſationis.

¶ Et confert tuſſi ⁊ reſoluit apoſtemata matri M
cis ſuppoſitum in peſſario. ⁊ attrahit fetũ mor/
tuum ⁊ ſecundinã ſuffumigatione facta ex eo
in traiectorio. ⁊ qñ bibitur cum vino antiquo
conſtringit ventrem ⁊ ꝓuocat vrinam.

Capitulum. ccxlix.

Capitulum.ccxlix.

Atiua ſm Dyaſcoridem in proprio
l capitulo.tirſulum habet oblongum
faſcitate digiti cauum in ſummo q̄ſi
ramulum diffuſum.⁊ folia oblonga fructū in
ſummitate ramorum habens triangulum: et
ſubrotundum in modum capparis.in quo tria
grana continentur ſub membranula que in-
tra corticem eſt.

Operationes.

A ¶Dyaſcorides.Granula eius.vij.vel.ix.pota
ta ventrem viſcide purgant.q̄ſi aqua frigida
ſuper bibatur coleram rubeam et flegma de-
ponunt.

Capitulum.ccl.

Auendula eſt herba calide et ſicce
l complexionis.Paulus.Lauendu
la eſt herba omnibus nota et caret
ſemine.flores vſui medicine competunt.⁊ odo-
rem ſuauem ⁊ bonum habent.nō habent ſuc-
cum niſi valde parum.Radix non competit
vſui medicine.

Operationes.

¶Uirtus eiꝰ eſt que reſoluit et fructificat.Cō- A
tra ſincopim ⁊ cardiacam paſſionē ex frigida
cauſa fiat decoctio eius in uino odorifero: ad
dita aqua roſaꝝ ⁊ detur patiēti.
¶Lauendula eſt p̄ſtans ſomnū.⁊ ſedat ſodā B
qn̄ emplaſtrū cū ea fit ſup frontem.
¶Aqua decoctiōis eius potata nefreticis.epi C
lenticis: ⁊ apopleticis cūfert.lauendula miſcet
diuerſis antidotis ⁊ miris et varijs odoribus
grate miſcetur.
¶Item odor eius grauat caput ⁊ facit ſomnū D
Et qn̄ bibit decoctio eius eſt conueniens illi
cuius cerebrum infirmatur.
¶Aqua eius e floribꝫ diſtillata valet ad appo- E
plexiam. Emplaſtrum ex eo factū cum ozimo
valet puncture ſcorpionis.
¶Ad preſeruandam apoplexiam. Re.florum F
lauendule.ʒ.ij.cinamomi.ſpice.croci.ligni a-
loes.maſticis.nuciſmuſcate.gariofili.calami.
aromatici.zinziberis.roſaꝝ macis.cardamomi

ana. ʒ.i. bulleant cũ aq̃ua roſaꝝ in vna fiola vi
trea in cine calido: poſtea coletur: ⁊ paulatim
cum co cleari potui propinetur.



Capitulum.ccli.

Euiſticũ. Platearius. Leuiſticum eſt
l herba omnib; nota. calida ⁊ ſicca in. ij.
gradu. Cuius ſemen ſiliter appellatur
Et in medicinis ſemen poniṫ. Uirtutẽ habet
diureticã. virtutẽ q; aperiendi ⁊ extenuandi.
¶ Conſtantinus in libro graduũ. Leuiſticum
eſt in tertio gradu calidũ ⁊ ſiccũ. Semen autẽ
⁊ radix in medicinis ponitur.

Operationes.

A ¶ Plate. Uinũ vel etiã aqua decoctionis eius
valet ꝯtra opilationẽ ſplenis ⁊ epatis: ⁊ cõtra
ventoſitatẽ. ⁊ ꝯtra dolorẽ ſtomachi ⁊ inteſtino
rũ ex ventoſitate. Puluis etiã eius cũ puluere
cinamomi datus valet ad p̃dicta.
B ¶ Cõſtantinus vbi ſup̃. Cibũ digerit. opilatõeȝ
epatꝭ aperit. de frigido humore dolorẽ mitigat
C ¶ Stomachi ventoſitatẽ ⁊ inflationẽ rugituȝ
⁊ intorſionẽ diſſoluit. Mẽſtrua ⁊ vrinã prouo
cat. Etiã illa ħba ſm Cõſtantinũ habenṫ in li
bro de ſimplici medicina almagesti.



Capitulum.cclii.

Euiſticũ ſilueſtre. Dyaſ.ca. Thaſpiũ
l ſm trãſlationẽ grecã. Thaſpiũ .i. Le
uiſticũ ſilueſtre. naſciṫ in tumulis ⁊ ĩ
vijs ⁊ ſup tegulas. herba eſt minuta. ⁊ folia hñs
⁊ anguſta duob; digitꝭ lõga. ⁊ in ſũmo diuiſa ⁊
pinguia. ꝟgã in medio pferens duoꝝ palmoꝝ
cũ paucis ramulis. in q̃b; fert ſemẽ latum ſile
cartamo: ⁊ obrotundũ ⁊ veluti cõquaſſatũ. vñ
⁊ nomen ſumpſit. florem habet ſubalbidũ.

Operationes.

¶ Dyaſcorides. Uirtus eſt ei termãtica. ⁊ po A
tiſſime ſemini eius potui datum in acceptabi
li quantitate per ſuperiora atq; inferiora. pur
gationem facit vehementer.
¶ Sciaticis p criſtere adhibitũ medeṫ. bibitũ B
menſtruis imperat. a borſum facit
¶ Galienus. vi. ſim. far. Talapis ſm tranſla C
tionem grecam. Eſt autem leuiſticum ſilue
ſtre cuius ſemen acris virtutis eſt. quia apo
ſtemata rumpit.
¶ Et per anum impoſitum ſciaticis conuenit. D
Eſt auteȝ et alterum purgatiuum ſuper ⁊ ſub
tus colliricorum bibitum in oxiſabi multitu
dine.



Capitulum.cclij.

l Enticula aque vł Lentigo aque. Se
rapion li. aggegatoris cap̄. gabaleb. id
eſt: lenticula aque. ex ea eſt marina. et
ex ea eſt aque dulcis. ſꝫ illa q̄ eſt aque dulcꝫ eſt
lenticula q̄ reperit̄ ſuꝑ aq̄uas erecta habēs cor
ticē viridē. ⁊ eſt rotūda ſicꝰ lenticula: ſilis eſt ei
in figura ſua. Et reperit̄ in lapidibꝫ ſuꝑ aquaꝫ
erecta: natans ſuꝑ faciem aque. Gał. viij. ſim.
far. cap̄. facus. id eſt lenticula aquatica. humi
de ⁊ frigide complexionis in ſecūdo gradu
exiſtens ſm̄ vtrūqꝫ. ¶ Paulus cap̄. Stratio-
tis. Et eſt herba ⁊ naſcit̄ in ſuꝑficie aque ſine
radice cū folijs ſimilibꝫ ſemperuiue: Eſt auteꝫ
virtutis redarguentis a cremordentis. Dyaſ.
cap̄. de lenticula aque. Lenticula colorē viri-
dem habens: virtus eſt ei frigida.

Operationes

A ¶ Galienus. Lenticula aq̄ue habet quid ſtip-
ticitatis ꝓpter qḋ vulnera poteſt cōſolidare. et
vlceribus eſt vtilis. quidaꝫ aūt eo ⁊ ad emorro-
ſagias vtunt̄ ⁊ ad fiſtulas.

B ¶ Paulus. Potui data valet ad fluorē ſangui-
nis ex renibꝫ. ⁊ cū aceto contrita. atqꝫ vt catha
plaſma adhibita.

C ¶ Dyaſcorides. Omnes tumores ſpargit. Ig
nem ſacrum extinguit: podagricis neceſſe mi-
ſcetur. medicaminibꝫ ſola. et cum polenta appo
nitur infantibus.

Capitulum: ccliij.

l Ens. Sera. li. ag. c. ꝫedens. auct. Dyaſ.
meliores ex lētibꝫ ſunt ille q̄ velociꝰ ma-
turant̄. ⁊ qñ infundunt̄ in aqua ad mollifican
dum nō nigreſcunt. Gał. vij. ſim. far. ca. de len
tibꝫ ſm̄ tranſlationē grecā inq̄t. Lentes ſtipti-
cāt nō fortiter. i medio ꝓpo ca. ⁊ fri. cōſiſtūt. ſiccāt
autem in ſecundo gradu.

Operationes

¶ Gał. codē li. ⁊ ca. ſm̄ trāſlatiōeꝫ arabicā. Sa
por eaꝝ eſt ſtipticꝰ ſtipticitate pauca. ꝓtꝰ lentis
ꝑma ē media inter ca. ⁊ fri. ⁊ exiccat in. ij. ḡdu. A
Et ipſa ſtringit ventrē qñ coq̄t̄ bis ⁊ ꝓijcit̄ aq̄
ꝑma. ⁊ aq̄ in q̄ coquūt̄ laxat ventrē. ¶ Et dixit B
ypo. vi. epidimiaꝝ ꝙ eſt tēꝑata in ca. ⁊ fri. ⁊ de
clinat ad calorē parumꝑ. Et ſignū i hꝫ eſt ꝙ nō
apparet ꝑ eā qñ comedit̄ aut qñ morat̄ in ſto-
macho: aut qñ deſcēdit a vētre in frigidatio cor
poꝛi. ⁊ eſt compoſita ex ſuba q̄ ſtringit ventrem
qñ coquit̄ bis. ⁊ ꝓijcit̄ aqua ꝑma. ⁊ aqua i qua
coquunt̄ laxat ventreꝫ. ¶ Idem auc. Dyaſco.
Quādo comedit̄ ex ea aſſidue facit obſcurita- C
tem viſus. ⁊ eſt dure digeſtiōis. mala ſtomacho
⁊ accidunt ex eſu eius ſomnia mala. ⁊ eſt mala
neruis et pulmoni. ¶ Et idē Sera. auc. De-
ſarugie. Excorticate ex his ſunt frigide: groſſe D
ſtringūt vētrē ⁊ vrinā: ⁊ ingroſſant ſanguineꝫ

E ſn venis:ꝛ nō ſinunt eū currere.¶Et idē au/
ctoritate Meſuay.Lens ipa ē frigida ꝛ ſic/
ca in pmo gradu.ꝛ cortex eius ē calida ꝛ ſic/
ca in pmo gradu.Et de ꝓprietate eius eſt mi
nuere vrinam ꝛ menſtrua ꝓpter eius ſangui/
nis ingroſſationem.



Capitulum.cclv.

Ilium.Ambroſius.Cōſiderate lilia
l agri.q̄ꜩuis ſit cādor in folijs:ipaqꝫ ſo
lia ſtipata quō ab ymo ad ſūmū aſſur
gere videant̄:vt exp̄māt formā ciphi.ꝛ vt au
ri ſpecies q̄daꝫ intꝰ effulgeat.que cū vallo in
circūitu floris obſepta iniurie nulle pateat.
Si q̄s hūc florē decerpat:et in folia ſua ſol/
uat:q̄ tanta ē manꝰ artificꝭ q̄ lilijs ſpecieꝫ re/
formare valeat. ¶Gloſa.ſup Lucā li.xij.Li
lia nō ſiluis ſꝫ in hortꝭ naſcunt̄:nec vllū agri/
colaꝝ cultū req̄rūt ſicut ceteri fructꝰ.ſic ſcri
ptū ē:Cōſiderate lilia agri quō creſcūt neqꝫ
laborāt neqꝫ nent Nō laborāt coloribꝫ odorā
do.neqꝫ nent ſibi indumēta faciēdo.¶Palla
dius li.iij.In februario menſe lilioꝝ bulbos
ponemꝰ.vl' lilia ante babita ſariemꝰ ſūma di
ligētia ne oculos circa radicē naſcētes ꝛ mi
nores bulbulos ſauciemꝰ Qui a m̄re ſubtra
cti atqꝫ ī alios digeſti ordies noua lilieta for
mabūt.¶Dyaſ.ca.de lilio.Liliū hec eſt leci/
na quā multi in coronā ponūt.Et ē oībꝫ no/
tū:cuiꝰ flores albi ſunt ſatꝭ.Eſt aūt aliud ge/
nus lilij qd̄ vocat̄ yris ylirica.folia hꝫ ſilmo
ſil'ia vel gladiolo:ſꝫ maiora ꝛ vaſtiora.flores
hꝫ ꝛ ſupiores inclinatos ſibijnuicē diuerſis
coloribꝫ albo.ſ.ꝛ mellino aut purpureos aut
venecino.Radices ſūt ſibi dure ꝛ curue ꝛ o/
dore bono plene.De radices colligēde ſunt
ꝛ filo inſerende.ꝛ ſic in vmbra pendētes ſic/
cande ſunt dura ꝛ breuis:ꝛ coloris rufi:et o/
doris boni.eligenda eſt in guſtu calidior.
¶Serapion libro aggregatoris ca.Anſca:
id eſt lilium.Eſt enim calide ꝛ ſicce comple/
xionis in ſecūdo.Ex eo eſt domeſticū et ſil/
ueſtre.Sed ſilueſtris ſunt ſpecies:ꝛ nomi/
natur vna arſemetim:id eſt celeſte.ꝛ eſt albū:
quod eſt notū.De illo in p̄ſenti ca.dicemus.

Operationes

¶Auicēna.Liliū albū ortulanū calidū ꝛ ſic/ A
cum in ſcdo.In ipa eſt terreitas ſubtilis ac/
q̄rens amaritudinē.ꝛ aqueitas ita eq̄lis cō/
plexionis.Cōfert pāno ꝛ lentiginibꝫ ꝓprieqꝫ
radix eiꝰ.ꝛ mūdat faciē ac remouet eiꝰ ↄtra/
ctionē.valet inciſiōibꝫ neruoꝝ ꝛ ſpleni.ſꝫ ma
lū eſt ſtomacho ꝓprieqꝫ oleū eiꝰ.qd̄ eſt reſo/
lutiuū:aperitiuū:lenitiuū duriciei matricis
bibitū ꝛ inunctū.¶Idem.Radix eiꝰ confert B
aduſtioni aque calide.quoniā exſiccatiua eſt
mollitiua ꝛ abſterſiua cū equalitate ↄſolidat
Ex decoctione q̄ꝫ ipius radicis fit oris col/
lutio ad dolorē dentiū.ꝛ ꝓprie illius qd̄ ſilue/
ſtre eſt.¶Idē.Liliū ↄfert puncture verminꝫ C
venenoſoꝝ:ꝓprieqꝫ ſcorpiōis.Oleū q̄ꝫ eius
eſt tyriaca coriandri ꝛ fungoꝝ.Emplaſtrū ex
folijs cū vino factū ſup heriſipilā ↄfert val/
de.¶Piniꝰ li.xxi.Liliū roſe nobilitate pxi D
mū eſt quadā cognatiōe vnguēti:oleiqꝫ qd̄ li
lion appellat̄.Nulla florū excelſitas maior.
Interdū cubitoꝝ triū longitudo.Alba lilia
oībꝫ eiſdē modis ſerunt̄ q̄bꝫ ꝛ roſa.Nihilqꝫ fe
cundiꝰ.vna radice q̄nq̄gentos ſepe bulbos
emittente.¶Sera.Cōuenit cōbuſtiōi ignis E
q̄n aſſat̄ ꝛ terit̄ cum oleo roſaꝝ.ꝛ ponit̄ ſup lo
cū cōbuſtionis ꝛ dimittit̄ donec curet̄.q̄niaꝫ
cōbuſtiones egēt medicina q̄ deſiccat ꝛ ab/
ſtergit cū temperamēto.¶Et eſt bonū ad in F
carnandū oīa vlcera:ꝛ mollit duricies matri
cis.Folia eiꝰ incarnāt ꝛ abſtergūt aſterſio
ni debiliori q̄ꝫ radix.Et q̄n coquunt̄ ꝛ ponūt̄
ſup cōbuſtionem ignis.aut ſupra quodcūqꝫ
vulnꝰ faciūt incarnari vlcerationē eoꝝ.¶Et G
ſunt q̄dā qui infundūt flores eius in aceto.et
vtunt̄ eis ad incarnādū vulnera:et cōmīdit̄
flos eiꝰ ꝛ exprimitur ſuccus eius ꝛ coquit̄ in

D aceto ꝛ melle.ita ꝙ ex ſucco fit q̄nqȝes pl⁹ q̄ȝ
acetū ꝛ mel.¶ Et eſt medicina conueniēs ad
om̄e qḋ eget exſiccatiōe ſine mordicatiōe ſi-
cut ſunt vulnera magna: ꝛ ꝓpꝛie q̄ fiūt in capi
tibꝫ muſculoꝝ ꝛ ad vlcera oīa q̄ ſunt diffici-
I lis incarnatiōis.¶ Sed alteri⁹ ſpeciei liliȷ̄ q̄
dicit̄ yris.ꝛ eſt liliū agreſte ſcḋm eundē autorē
Gal.Subſtātia ē ſubtilis ꝛ mūdificat ꝛ ma-
turat.Et cōuenit ſpecieb̄ꝫ tuſſis: ꝛ facit aſcen
dere ſcreatū a pectore.ꝛ curat tortiōes ven-
tris ꝛ vlcera ſordida.ꝛ qn̄ bibitur cū melle ꝛ
K aqua calida laxat ventrem.¶ Dyaſcorides.
Flores liliȷ̄ domeſtici poſſunt emollire duri-
cies neruorū.Folia ei⁹ cocta ꝛ impoſita ad
combuſta ꝓficiunt loca.Vexatiōes ſerpen-
tum curant.Succus ei⁹ melli admixtus ac
decoctus in vaſculo nouo: vlcera vetera me
L detur.¶ Galienus ſeptimo ſimpliciū farma-
corū cap̄.de lilio.Flos liliȷ̄ domeſtici cōple-
xione mixt⁹ eſt ſubtiliū partiū quadā ex ter-
reſtri ſub̄a.Vn̄ habet ꝛ eā que in guſtu ama-
M ritudinē ꝛ ex q̄dā aquoſa eucrita.¶ Vn̄ oleū
qḋ ex eo eſt pigmentū in mordacȝ ꝛ dyaforē-
tice ꝛ mollitiue eſt ꝟtutis.ex q̄bꝫ duriciebꝫ q̄
in matricibꝫ aptiſſimū eſt.radix aūt et folia ꝑ
ſe trita ſiccāt ꝛ abſtergūt ꝛ dyaforāt modera
N te.¶ Auic̄.de viribꝫ cordis ait: ꝙ ꝯfortat cor.

Capitulum.cclvi.

Iliū ꝯuallium.Pla.Liliū ꝯualliū ē her
l ba hn̄s flores bn̄ redolētes.folia ei⁹
plātagini maiori ſilia.Nec folia nec
radix vſui medicīe cōpetit: ſȝ flores ꝟtutē hn̄t
ꝯfortādi ꝛ reſoluēdi. Operationes.
¶ Pli.Re.flores lilioꝝ ꝯualliū lb.ſ.ponāt̄ in A
vino optimo mēſurā vnā ſtent ī infuſiōe p mē
ſem.deinde diſtillet̄ vinū iſtud ꝑ alembicū.cū
iſta aq̄ diſtillata ſume.ʒ.ij.aq̄ lauēdule.ʒ.iij.gra-
na piperis ro.ʒ.ſ.miſceant̄.de iſta ſume ī ſe-
ptimana.ʒ.ſ.ieiuno ſtomacho.ꝛ iſta ſeptima
na nō hēbis apoplexiā neqȝ litargiā.¶ Idem B
Cū iſta aq̄ etiā potes linire timpora.minuit
fluxū catarralē: ꝛ ſedat ſodā.Iſta aq̄ etiā cu-
rat colicā paſſionē potatū: ꝛ cōfortat cor.



Capitulum.cclvii.

Ilialis.Pande.ca.xxxvi.Lilialis ē
l q̄dā herba hn̄s folia ſic̄ rubea tincto
rū niſi qꝛ ſūt minora: et vt cūqȝ aſpera.
expādēs ſe ꝑ terrā.ſic̄ herba gnoꝝ vl̄ rubꝫ.ei⁹
flos ē paru⁹ ſic̄ flos ſolatri hn̄s recte figurā
liliȷ̄ domeſtici.¶ Aui.li.ij.ca.alguaſcē.vl̄ alu
ſen.i.herba lilialis.ꝛ ē herba cui⁹ flos ē ſilis
lilio: ꝛ ꝓpter hoc dr̄ lilialis.ꝛ eſt ca.ꝛ ſic.ī.i.ḡ.

Operationes

A ¶ Idem. Lilialis deſiccat cum equalitate et abſtergit: et confert panaricio: et reſoluit totum illud cum equalitate.

B ¶ Galienus ſexto de ſimplici medicina. capitulo aliſſum. Aliſſum ſiue amploſilon. dicta eſt quidē aliſſum: id eſt lilialis herba. quia mirabiliter pfert morſui a cane rabido: imo et iam occupato rabie, ppinata ſepe ſola ſanauit.

C ¶ Si quis autem vtatur in pluribus cognoſcet quod dyaforeticū eſt mediocriter: et ſiccatiuum cum eo quod aliquid abſterſionis habet. Hinc autem aluos et eſilinas mundificat.

¶ Plinius capitulo Aliſon: id eſt lilialis ſimilis eſt rubee tinctorum: et nō diſtat ab ipa niſi quia ipa rami et folia ſunt minora.



Capitulum .cclviij.

Liquiricia. Theodorus priſcianus.

I Liquiricia eſt eligēda non multum groſſa nec nimis tenuis que in terra crocea fit. que etiā cum frangitur leuis eſt et interius ſubalbida: ſed nigra vel viridis abijcienda eſt. ſuccus eius fortioris efficacie eſt quam efficitur ſic. Cū viridis eſt radix: cōcutitur bene: et in aqua decoquitur vſq; ad cōſumptionē poſtea exprimitur et deſiccatur in ſole. et in rotunda corpuſcula ſm formā vaſculorum formatur. Alij ſophiſticant hoc modo faciunt puluerem liquiricie et coquunt in aqua et addunt mel et faciūt vt diximus. ¶ Serapion. auctoritate Dyaſcoridis capitulo ſlis: id eſt liquiricia. et eſt arbuſtū habēs ramos lōgos duobus brachijs. habet folia ſilia folijs arboris maſticis. et ſup folia eſt humiditas que adheret manui. et flos eius ſimilis herbe flore dicte brachion. eſt et purpurei coloris. Et ſemē eius eſt in magnitudie ſemis arboris dicte kalatabas. verū eſt aſperius eo: et habet radices longas in colore ſuo ſilis ligno quod nominatur in oriente buſſum. aut ſicut radix gentiane: et eſt in eo ſtipticitas cū dulcedie: et exprimitur inde ſuccus. ¶ Dyaſco. ca. Glicoriza. Et ē que naſcitur in capadocia aut in ponto. Frutex eſt hñs virgas longas duorum cubitorum in quibus folia ſunt ſpiſſa et ſilia lentiſco: ſed pinguia et glutinoſa. florem pfert iacinto ſimilē. ſemē habet ſimile platani et aſperū: quod ſemē eſt latum: ſed rufum et oblongū. ſunt illi radices buſſei coloris et longe ſicut gentiane pſtricte et dulces que exſiccantur vt liciū. ¶ Plinius ca. de liquiricia. Glicoriza herba ē que naſcitur i campis. guſtu dulcis et cū dulcedine abūdāte: de qua ſuccus extrahitur: et medicorum vſui ſeruatur. ¶ Caſſius felix cap. Glicoriza grece ex eo dicta quod dulcē radicē habet. Glien enī grece dulce dicitur. ¶ Galienus. vij. ſim. far. cap. de liquiricia. Maius iuuamētū quod in liquiricia eſt: eſt in ſucco eius radicis. et ſubſtātia eius eſt ppinqua ſubſtātie noſtri corporis. et valde ſimilis eſt ei. Sapor eius radicis eſt dulcis cum ſtipticitate pauca. Virtus eius fragilior eſt complexione hominis: et eſt tepide caliditatis. et ideo eſt prope complexionem equalem. et eſt humida temperate humiditatis.

Operationes

¶ Vires habet relaxātes cū dulcedine ex humiditate. vnde et ſitim ſedat: et renū et veſice mitigat dolorē: et puocat vrinam et mēſtrua. ¶ Et oēm tumorē tunſa et impoſita placat. ſuccus ipſe aſpredinē arteriarum diſſenit. et nō ſolū tracheā arteriā ſanat: ſed etiā ſcabioſā veſicā. quam ſuccus diu ſub lingua retētus glutiri debet. quia eſtuationē ſtomachi tollit: et tumorē ſtomachi et epatis tollit ac cōpeſcit. ¶ Radix veſice et renū vulneratiōes curat. bibita cū dulcore ſitim phibet: vulneribus vtilis ē. radices ipſe maſticate ſūt ſtomatice elixatura radicis oia iſta facere nouit. Ipa radix in puluerē redacta et impoſita pterigia detergit. ¶ Gal. Glico- A B C D

riza aſperitas eſt remouere: nõ ſolũ ĩ arteria
ſed in ſcabioſa veſica ꝓpter mediocritatẽ cõ-
E plexionis. ¶ Theodorus priſcianus. Valet
ↄtra oĩa vitia pectoris decoctio eoꝝ ĩ aqua:
ꝛ in pleureſi: ꝛ peripleumonia. aqua decocti
F onis ei⁹ valet ↄtra tuſſim. ¶ Ad idẽ valet ele
ctuariũ factũ ex ſucco liquiricie ꝛ melle. Li
quiricia maſticata ꝛ ſub lingua retenta ſitim
ꝛ aſperitatẽ ſtomachi ꝛ gutturis mitigat.

Capitulum. cclix.

Iguſtici. ſm Dyaſco. ca. Liguſtici
l multũ naſcit̃ in liguria prouincia. vn
de ꝛ nomen accepit. naſcit̃ ꝛ in mon-
te vicino alpibꝫ: ſed ciues panacem illum vo
cant. ideo qꝛ radix eius alba eſt ꝛ odorata ſi-
mul panaci: cui virt⁹ vna eſt cũ panacis ꝟtu
te. Naſcit̃ in locis altis ꝛ aſperꝫ ꝛ vmbroſis.
virgã habet longam ꝛ nodoſaꝫ ſimilẽ aneto.
In qua virga folia ſũt ſimilia melliloto. Sꝫ
molliora ꝛ odorata: que folia in cucumere te
nuiſſima ſunt ꝛ diuiſa. In virge ſũmitate ca-
put eſt vmbraculoſum. Ubi ſemen oſtendit:
qḋ ſemen nigrũ eſt ꝛ oblongũ ſicut feniculi
guſtu viſcidũ ꝛ odoratũ aromaticũ.

Operationes

¶ Dyaſcorides. Virtus ẽ mictualis. Radix A
ei⁹ alba eſt ſimilis panaci eracleontico ꝛ o-
dorata. Virt⁹ eſt radici ꝛ ſemini ei⁹ calida ꝛ
ſtiptica doloribꝫ omĩbꝫ intraneoꝝ occurrit.
Inflãmationẽ ſtomachi ſoluit. ¶ Ictibꝫ ve- B
nenatis opitulat̃: vrinã ꝓuocat: mẽſtruis im
perat ſi bibat̃. antidotiſqꝫ colicis ꝯſunt aut
miſcet̃. ¶ Radix ei⁹ tunſa ꝛ ſuppoſita idẽ pre C
ſtat. radix ei⁹ ꝛ ſemẽ oxiporijs neceſſe miſcet̃
cõfectionibꝫ etiã digeſtibilibꝫ vtiliter adhi-
bet̃: qꝛ euſtomaca eſt. vnde multi ciues ipſi⁹
prouincie eo ꝓ pipere vtunt̃ ↄdituris miſcen
tes. ¶ Et multi ſemen ſiſelei ꝛ iuniculi addũt D
illi. q̇dam dicũt qꝙ eſt leuiſticũ ſed falſo.



Capitulum. cclx.

Imon. Pan. capi. ccccviij. Limon
l fructus pulchri odoratus: plen⁹ ſuc
co aceto valde apto ſalſamentis. Et
ipẽ etiã comeditur ſale conditus. nuſqꝫ me-
mini me de ipo legiſſe apud autorem autenti
cum: niſi apud Auicẽnam in quarto canone
de cura febriũ acutarũ in generali: vbi iubet
dari aquam acetoſitatis limonis ſalliti.

Capitulum. cclxi.



Jnaria. Pandecta.ca.Dix.Linaria
l eſt herba ſimilis eſule vel lino:ꝓpter
qđ vocat̄.ꝛ differt ab eſula:qm̄ eſula
lacteſcit.linaria vero nō. Vñ ꝟſus. Eſula la
cteſcit ſine lacte linaria creſcit ¶Operatōes
A ¶Succus eius valet ꝯtra heriſipilas inun‑
B ctus.ꝛ cum ſucco pimpinelle mixtus. ¶Et
ipa ſola valet ad cancrū trita ꝛ impoſita.ad
hoc ſimiliter ſuccus eius valet.



Capitulum.cclxij.

Inū.Jſi.Linū ex terre nitēti ſpē ori
l tur.nomē ſūpſit a greco.vl' ꝙ leue ſit
ac molle.Biſſuꝫ āt eſt gen⁹ q̄ddā lini
nimiū cādidi ac molliſſimi qđ grece papaten
vocāt.¶Pall'. In fe.mēſe aliq̄ ſemē lini leto
ſolo ſpargūt:ꝛ lina ꝯſequunt̄ exilia. ¶Idē li.
xi. In mēſe octobri ſemē lini ſeri pt ſi placue
rit.qđ tn̄ ꝑ ſui malicia ſerēdū n̄ ē:q2 t̄re vber
exhaurit.ſꝫ ſi velis loco piguiſſimo ꝛ modice
hūido ferre poterꝭ.aliq̄ macro ſolo ſpiſſum ſe
rentes:ſi aſſequunt̄ vt linū ſubtile naſcat̄.

Operationes

¶Sera.li.ag.au.Gal'.Virt⁹ ei⁹ ē q̄ ſubtiliat A
ꝛ ꝓuocat vrinā ꝛ mēſtrua.ꝛ qū bibit̄ aut fit cū
ea ēplaſtꝝ ꝯfert apātib9 epatꝭ ꝛ orificio ſtoma
chi ꝛ ipi ſtōacho. Sꝫ radicꝭ ei⁹ ſtipticitas ē
āplior ſtipticitate florꝭ.ꝛ caliditas ei⁹ ē mior
caliditate ipi⁹.ꝛ ꝓpter ei⁹ ſtipticitateꝫ acq̄rit
qđ admiſcet̄ cū medicinꝭ q̄ adminiſtrāt̄ ad ſpu
tū ſanguis.¶Sera.au.Dyaſ. Flos ei⁹ ē ſti‑ B
ptic⁹ ſtipticitate pauca calefactiu⁹:matura‑
tiuus.ꝛ ē ca.q̄ſi i.i.gra.ꝛ ē mediū i hu.ꝛ ſic.Et
ij.ei⁹ ꝟt⁹ ē ꝙ ē mollificatiuū.¶Ser.li.ag.ca. C
bararichichene.i.linū ē mollificatiuū ſedati‑
uū doloꝝ.ꝛ cōfert egritudib9 interiorib9:niſi
q2 ē min⁹ in h̄ q̄ꝫ camomilla.ꝛ ē mediū īter la
xatiuā ꝛ ſtipticū:ꝛ admiſcet̄ in eo parꝝ ꝟtutꝭ
ꝓuocatiue vrine.ꝛ hoc q̄dē appareti eo māife
ſte qū comedit̄ aſſatū.ꝛ tūc ē magꝭ ꝯueniens
ad ſtrigēdū vētrē.¶Et dixit i li.de ꝯſuatiōe D
ſanitatꝭ ꝙ qū ſemē lini decoquit̄ i aq̄:ei⁹ deco
ctio ē infrigidatiua.¶Et idē au.Dyaſ. Vir‑ E
tus ſemis lini ē ſilis ꝟtuti ſemis fenugreci.ꝛ
qū admiſcet̄ cū aq̄ melle ꝛ oleo ꝛ ꝯficit̄: reſol
uit apāta ca.ꝛ mollificat ea ſiue ſint iteri⁹ ſi‑
ue exteri⁹.ꝛ qū fit ex eo ēplaſtꝝ cū ficub9 ꝛ ni
tro delet pānū ꝛ puſtulas albas faciei.i.papu
las ſm trāſla.no.¶Dyaſ. Et qū ꝯficit̄ cū aq̄ F
reſoluit apāta q̄ ſūt i radice aurꝭ:ꝛ apāta du
ra.Et qū coq̄t̄ cū vino eradicat formicā ꝛ ſpe
cies vlceꝝ q̄ dicunt̄ fani.ꝛ qū miſcet̄ cū melle
ꝛ pipere ꝛ vtit̄ q̄s eo mouet coitū.ꝛ qū miſce
tur cū naſturtio q̄ntitate eq̄li ꝯfert ſciſſurꝭ vn
guiū ꝛ eoꝝ excoriatiōi.¶Et fit cū decoctiōe G
ei⁹ criſtere ad mordicatiōeꝫ inteſtinoꝝ ꝛ ma‑
tricꝭ.ꝛ mollit vētrē qū mlieres ſedēt in deco
ctiōe ei⁹ ꝯfert apātib9 matricꝭ ſic fenugrecū.
¶Paul⁹ ca.de lino.Linū qū cōburit̄.Fum⁹ H
ei⁹ ē ſubtil:ꝛ ꝯfert corize ꝛ ſuffocatiōi mr̄icis
¶Aui.li.ij.ca.de ſemīe lini.Virt⁹ eſt ei ꝓxia I
ꝟtuti fenugreci i.i.ca.cōmēſuratū i hūiditate
ꝛ ſiccitate.Et dr̄ q̄dē ꝙ decoctio lini ē deco‑

K ctio recētis ei⁹.¶In ipa enī ē hūiditas sup⸗
flua ⁊ maturatiuū:⁊ abstergit et inflat ꝑpter
hūiditatē suā sup̄fluā:ita ꝙ illud qd̄ ex eo fri
xū est:hoc agit cū stipticitate q̄ i frixo mani⸗
feste cōmēsurata:⁊ in nō frixo māifeste ꝑmi⸗
xta cū lenificatiōe:⁊ ē sedatiuū dolorū min⁹
q̄꜡ camomilla.⁊ ex ipo fit emplastꝝ cū nitro ⁊
bolo:⁊ lenit pānū:⁊ ꝯfert ꝯtractiōi vnguiū ⁊
L scissur̄ ⁊ fractur̄ eoꝝ.¶Et qn̄ ꝑmiscet̄ cū eq̄
li mēsura nasturcij ⁊ꝯficit̄ cū melle:lenit apo
M stemata ca.exteriora ⁊ interioru.¶Et aposte
ma qd̄ ē post aures cū aq̄ ciner̄ ⁊ apata du⸗
ra:⁊ ꝓhibet spasmū.⁊ ꝓpric ꝯctionē vnguiuꝫ.
N cū ꝑmiscet̄ cū cera ⁊ melle.¶Et ei⁹ suffumi⸗
gatio ꝯfert corize.⁊ silr̄ fumigatio ipius lini
ꝯfert tussi flegmatice.⁊ ꝓp̄e qd̄ ē ex eo assatū
paululū ad citrinitatē.sapor ei⁹ ē acut⁹:mor
dicatiu⁹ cū pauca amaritudīe.Et q̄ ponit ei⁹
ꝟtutē ca.in fine.ij.nō elongat̄ a veritate:⁊ cō
ueniēs ē dicere ꝙ cū caliditate sit hūiditas:
q꜡ nō apparet mordicatio ei⁹ postq̄꜡ bn̄ masti
cat̄.Et sciēdū ꝙ ē alia lingua auis q̄ ē debili
tans stomachū:⁊ ꝓuocās vētrē.⁊ ē corrigio⸗
la maior.Et ista nō ē illa de q̄ locut⁹ ē Ser.
Nā idē Sera.i ca.de augētib⁹ i coitu dicit:
ꝙ lingua auis ē lingua passeꝝ.¶Itē ideꝫ dic̄
in.vij.i ꝯfectiōe pillulaꝝ Indaꝝ ꝙ assimilāt̄
pelliculi vel corticuli q̄ ē i medio bacce lauri
¶Auicē.ca.de augētib⁹ in coitu. Inter me⸗
dullas cōputat.nō est ğ quā ponit Serap.⁊
Aui.herba.sꝫ est ꝑma spēs p̄ Sera.descpta.
vnde qn̄ ponit̄ simpliciter ꝑma dꝫ intelligi.

Operationes

¶Sera.auc.Aben mesuay.Cōuenit dolori A
later̄:⁊ ꝓuocat vrinā:auget i spermate:⁊ cor
roborat libidinē.¶Et idē auc.Damasceni.⁊ B
ꝯuenit cardiace.¶Et idē auct.Bedigaras. C
Auget sperma.¶Et idē auc.Rasis. Probi⸗ D
bet cardiacā:⁊ auget sperma.¶Et idē auct. E
Isaac.Est ca.⁊ hu.i.i.ğ.⁊ delectabil:⁊ de ꝓ⸗
prietate ei⁹ ē ꝯfortare libidinem.¶Et auget F
sperma.⁊ hꝫ virtutē humectādi comesta cuꝫ
carnib⁹ vel alijs.valet silr̄ ꝯ siccitatē pector̄.



Capitulum.cclxiij

Ingua auis. Pla.Lingua auis ē ar
l bor.⁊ hꝫ folia ꝑua ⁊ acuta.ligue auis
ꝯformia:⁊ ē in.i.ğ.ca.⁊ hu.¶Ser.li.
ag.ca.lisen basafir.i.lingua auis. Et ē arbor
silis arbori dirdar:nisi ꝙ foliū ei⁹ ē lōgū sile
folio amigdali.⁊ fruct⁹ ei⁹ q̄ dr̄ lingua canis
sūt racemi ⁊ palmites q̄ diuidūt̄ in cherarn⁹
siles folijs oliuaꝝ:nisi ꝙ sūt minora satis:et
intra quālibet cherarn⁹ ē medulla silis ligue
auis exteri⁹ rubea ⁊ interi⁹ alba declinans



Capitulum.cclxiiij.

Iſimachion.ſm Dyaſ.ꝑmo ca.Ha-
l ſtas habet maiores ꝛ fructicoſas. cir
ca quarū nodos folia minuta habet
ſalici ſimilia.florem purpureū aut auroſum.
naſcitur locis humectis.

Operationes

A ¶Dyaſ.Succꝰ herbe huiꝰ ſtipticꝰ ē. San-
guinē reijciētibꝰ maxime ꝓdeſt. Diſſinteric
B potui datꝰ ꝛ ſuppoſitꝰ ſubuenit.¶Fluxū ma
tric mulier abſtinet ſuppoſitꝰ. Naribꝰ ꝓflu
entē ſanguinē fronti illinitꝰ ſtatim ſtringit.
C Uulneribꝰ recētibꝰ ꝑ ſe coleſim facit. ¶Her-
ba fumigatiōe adhita vim veneni longiꝰ ar-
D cet: ꝛ ſorices occidit.¶Gal.vij.ſim.far. ca.li
ſimachion ꝑdn̄antē hꝫ ſtipticā q̄litatē; ꝓpter
quā ꝛ plagas ꝯſolidat: ꝛ emorroſagias ex na
E ribꝰ ſiſtit emplaſtratū.¶Et aliaꝝ etiā emor-
roſagiaꝝ idoneū eſt farmacū ipm̄.ꝛ etiā ſuc-
cus eius adhuc magis ꝛ bibitꝰ diſſinterias
ꝛ ſanguīs eductiōes ꝛ fluxū muliebrē ſiſtit.



Capitulum.cclxv.

Icium.Sera.ca.hadath.i.liciū Ha
l bet tres ſpēs.vna eaꝝ eſt indica.Et
alia fit ex herba que dicitur zeriach
ſiue ſerrab.Tertia ē arabica q̄ nomināt ha
dath:id eſt liciū.Et idē auc.Dyaſ.Liciū ac-
cipit ex arbore ſpinoſa q̄ habet ramos lōgi-
tudine duoꝝ brachiorū aut ampliꝰ. Et folia
ſunt ſīlia folijs arboris buſſirara.ꝛ hꝫ fructū
ſīlem piperi:et eſt niger: amari ſaporis: lenis
tactu.ꝛ cortex ligni eſt glaucꝰ ſīlis licio diſ-
ſoluto.ꝛ habꝫ radices multas ꝓcedētes a la
tere ligni eiꝰ. Naſcit locis agreſtibꝰ.ꝛ extra-
hit ſuccus eiꝰ in hūc modū. Terunt folia ſi-
cut ſunt cū tota arbore.aut ponunt in aqua
ꝛ dimittunt pluribꝰ diebꝰ ꝛ coquunt ꝛ expri-
munt. Et ſuccus ponit ad coquēdū ſup ignē
donec ingroſſetur ſicut mel: ꝛ fit ſīlis ex ſuc-
co fructus eius qn̄ exprimit ꝛ ponit in ſole.
Et meliꝰ ex eo eſt illud qđ accēditur igni.et
qn̄ extinguitur facit ſpumā: cuiꝰ color ē ſan
guinis.Et exteriꝰ eſt nigrū. ꝛ interiꝰ ē ſicut
crocus.ꝛ nō ē pingue: ꝛ eſt ī eo ſtipticitas cū
amaritudine.ꝛ ex illo meliꝰ eſt Indū ꝛ fortio
ris oꝑationis. Adulterat aūt liciū cū amur-
ca olei: cū admiſcet in coctura eiꝰ ꝛ cū ſucco
abſinthei ꝛ felle bouino. Et oportet vt colli-
gat ex eo ꝙ natat ſīle ſpongie ꝛ reponitur ad
opus medicinaꝝ oculi.ꝛ reſiduū ponit ī alijs
medicinis.ꝛ dr̄ ꝙ indicuꝫ facit arbor licios.
Et hec arbor eſt de ſpeciebꝰ ſpine hn̄s ramoſ
erectos longitudīe triū brachioꝝ: aut ampli
us ꝓcedētes ex radice.ꝛ ſunt groſſiores ra-
mis rubi. Et euellit eis cortex facile.ꝛ color
eius apparet ſicut color ſanguīs. Et folia eiꝰ
ſunt ſīlia folijs oliue.ꝛ ex illa arbore accipit
liciū ſcꝫ ab illa que eſt ſpinoſa. Et ē apud nos
medicina q̄ſi humida ꝛ liquida. Et ſubſtātia
eiꝰ eſt cōpoſita ex virtute ſubtili.ca.ꝛ terrea
frigida: ꝛ in ſapore eius eſt ſtipticitas: niſi qꝛ
eſt pauca. Alia ſecūda ſpecies eſt q̄ fit ex ar-
bore licios ſiue ex acantum appellata. folia
quercus ſimilia atq; ſpinoſa generans.

Operationes

¶Galienus ſm tranſlationē grecā.hoc far- A
maco ad ipopiam vtuntur et ad flegmones.
qui in ano ꝛ ore ꝛ vlcerationes ꝛ herpetas et
putrediēſ: male morigerata vlcera ꝛ aureſ puſ
fluētes: ꝛ paranichia ꝛ vngues leproſos.
¶Et idem ſm tranſlationem arabicam. vir- B
tus eius eſt que remouet ꝙ in pupilla ex eo
ꝙ obſcurat viſum: ꝛ cōuenit fluxui ventris.
ꝛ habentibꝰ vlcera in inteſtinis.ꝛ habentibꝰ
fluxum menſtruorum. Et ponitur in medici-
fel aperit orificia emoroidarum: ex eo dem cũ
melle liniť pala tũ ad prenocationem.
B ¶Dyaſcorides. Lac bubulcũ oris vulnera re/
centia ducit ad ſanitatem. Fimus boum iu/
uat ad apum et veſparum ictus.
C ¶Ydropicus etiã illi⁹ ex eo iuuať. ſi ad ſolẽ mul
tum iaceat deſiccatur. Maximũ vero benefi/
cium preſtat fimus maſculi bouis ſtericis mu
lierum fumigatus pro pendentibus.
D ¶Pli. li. xxviij. Bouis ſepum cũ adipe anſeri
no ⁊ ocymi ſucco vlcera oris ac rimas ſanat.
Item ↄtra ea q̃ vlceratione venena enecãt ſepũ
bubulcum: al's bubulum auxiliatur.
E ¶Medulla q̃ꝫ bubula ex crure dextro pore tri
ta cũ ſanguie pilis palpebrarũq̃ vicijs ⁊ angu
F lorꝫ occurrit. ¶Si ꝟo grauitas ſit audiẽdi fel
bubulum ꝓdeſt cũ vrina capre vel hirci.
G ¶Talus bouis accẽſus dentes cum dolore la
bentes confirmat ad motus. Einſdẽ quoq̃ ci/
nis cum mirra bonum eſt dentifricium.
H ¶Lien bubulus in melle datur ⁊ illiniť ad lie/
nis dolores. Lac bubulum ceteris medicati/
uus eſt. Bubulo ſic quidem lacte cũcta vene/
na expugnari tradũt vomitione. Preterea te/
naſmus poto lacte bubulo tollitur.
I ¶Stomachũ exulceratũ lactꝭ bubuli pot⁹ re/
ficit: eiuſq̃ roſiones caro bubula mixta aceto
⁊ vino cocta. ad hoĩs etiã morſum bubula caro
cocta ⁊ ĩpoſita efficax eſt. Canũ ſcabies ſanať
ſanguine recẽti bubulo. Iterũq̃ cũ marceſcat
illico ⁊ poſtero die ablũto cinere lixiuio.
K ¶Haly. Fel bouis tinnitibus ⁊ auris ſonitui
medeť ſi cum bombace ſupponatur.
L ¶Si cũ oleo mixto inſtilleť auri mitigat dolo
rẽ ex frigido. In lotio q̃ꝫ boum ſi infũdat ſe hõ
optimũ eſt ſtomacho dolenti ex frigido.
M ¶Prodeſt etiã emorroidis. Fim⁹ boũ cataplaſ
mat⁹ ſup apoſtemata groſſa diſſoluit ea. Si
ꝟo cõburať ⁊ narib⁹ inſuffleť ſanguĩs fluxũ ab
eis ſedat. Preterea ſi cataplaſmeť eo modico cũ
butiro vẽtri ydropici maniſeſtiſſime medeť.
¶Iecur bouis ſi cõburatur ⁊ bibatur ventris N
ſolutioni prodeſt ⁊ fluxui ſanguinis.
¶Os quoq̃ bouille ſi comburatur dentes cõ/ O
motos ex ſe fricatos ſolidat.
¶Et ſi cũ ſquingibin bibať: ſplenẽ liquefacit. P
Appetitũ coit⁹ excitat: ac lepre ꝓdeſt.





Capitulum. xv.

Ombex. yſi. in li. ethimologiarꝫ. Bom
b bex eſt frondiũ vermis: ex cui⁹ textura
bombicinũ ↄficiť. Hoc aũt noĩe appel/
lať eo ꝙ euacueť dũ fila generat: ⁊ aer ſol⁹ in ea
remaneat. Pli. Bombices telas araneaꝝ mo
do texũt ad veſtẽ luxuq̃ feminaꝝ q̃ bombicina
vocať. Bombicũ gen⁹ eſt in Aſſiria pueniẽs
nidos luto fingũt. ſalis ſpecies applicatos la/
pidi tanta duricia: vt ſpiculis pforari vix poſ/
ſint. ⁊ ceras largiores q̃ apes faciunt. Deinde
maiorẽ vermiculũ. Et in choo inſula tradunť
naſci cypreſſi: terebinti. fraxini. querc⁹ florem
imbrib⁹ decuſſum terre halitu animante. fieri
aũt pmo papiliones paruos nodoſq̃ mox fri/
goris impatientia villis inhorreſcere. ⁊ aduer/
ſus hiemẽ tunicas ſibi denſas inſtaurare. pe/
dũ aſperitate radẽtes folioꝝ lanuginẽ i vellera
Phiſiolog⁹. Bombex vermis eſt faciẽs ſericũ
filo ſuum de ore ſuo in q̃ ſepeliat ſe: ad h̃ vt rena/
ſcať cõplet⁹. Et poſtq̃ reiecerint oĩe qđ ſterco
ratũ eſt ac ferulentũ ac nigꝝ de corpe ſuo tunc
corpus eius trãſlucẽs eſt cũ aſpiciť ad ſolem.
Folijs quidẽ celſi veſtiť. que vulgo morus di/
ciť. Sꝫ poſtq̃ operari cẽperit eſcam renuit

delicioſo labori operā diligēter impēdēs. Calachi ꝓ parietes induſtriꝰ textor circuit. lanā educēs crocei coloris: q̄ niuei cādoris ꝑ ablutionem efficit̃ anteq̄ȝ artificialis tinctura ſuper induat̃. Cōſūmato āt ope nobilis textorȝ thecam in ope ꝓprio inuolutā centonis ſubintrat ianuā ſimilis papilioni. Semina poſtea minuta eijcit. ex nature pēnatibꝫ ſecretȝ q̄ ꝑ hiemē reſeruant̃. vt aere clemētiore redeunte. carni humane admota in ſinu fomenta ſuſcipiant vſq̄ȝ dum natura motū ſeminibꝫ cōferat animalē.

¶ Idem vermis etiā lanificꝰ appellat̃ ex lana ſerica. quā de ꝓprijs viſceribꝫ operatur.

Operationes.

A ¶ Sericum porro putrida vulnera combuſtum mūdat et confortat.

B ¶ Et ſi cū melle cōburat̃: rubiginē dētiū curat.

C ¶ De arbore in qua iſti vermes nutriunt̃ lege cap. lxxxix. in ꝑmo tractatu de B.



Capitulum. xvi.

Orax ꝛ Botracha. Ex lib. de na. rerū.

b Borax eſt genus bufonis qđ in capite portat gemmā ſui nois. h̄ vulgo cropondia vocat̃. Sȝ qn̄ bufoni viuo ꝛ palpitāti extrahit̃: tunc ipe lapis in medio ſui oculū hr̄e d̄r. Cū aūt aliq̄ȝdiu mortuo extrahit̃ tūc malicia veneniꝰ oculus extinguit̃: ꝛ lapis viciatur.

¶ Phiſiologꝰ. Borax de genere bufonis eſt. h̄ ꝓpter veneni q̄ntitatē qn̄ tangit̃ inflat̃. Cū aranea pugnat: ꝛ ab ea vincit̃. Nam cū illa freq̄nter ꝑpugerit: ille ſe vindicare nō valēs: intantū in flādo ſe exuberat: ꝙ mediꝰ crepat ꝛ morit̃. Huiꝰ morſus peſſimꝰ eſt ꝛ inſanabilis efficit̃. Gemmā in fronte nutrit ꝓ q̄ occidit̃. ꝛ que ab ipo aīali borax appellat̃: qn̄ extinctū hȝ oculū. Herba ſpeciali vtit̃ in q̄ viſū recupat. ruta ꝓ eo interficit̃. humida loca ꝛ marcida libenter inhabitat. odit claritatē ſolis: nec eū de facili videre patit̃. nocte ambulat. ꝛ h̄ magis per vias hominū tritas veſtigijs. ꝑ diem ꝓ eo latet in abditis. odorē florētis vinee fugit. ꝛ ꝓpe cubitalē magnitudinē aliqn̄ creſcit. In hiſpanie partibus illud ꝑcipue boracis genus habitat: qđ lapidem in fronte portat.

Capitulum. xvij.

Bufo. Actor. Bufo eſt aīal venenoſiſſimū: oībꝫ notū. qđ videt̃ ab autoribꝫ dici rubeta vel craſſantiū. Eſt āt bufo frigidiſſima beſtiola ꝛ aſpectu fediſſima. q̄ fert̃ hr̄e cor in gutture. vn̄ nec de facili interficit̃: niſi ꝑ mediū guttur tranſſigat̃. Ex putredine autē vel corruptione terre naſci putatur. Ex libro de naturis rerum. Bufo etiam reptile venenoſum habet viſum peſtilentem. attactū ſordidū. Terra veſcitur: et hoc pondere et menſura. Quantū enim in anteriori pede cōcludere poteſt. hoc illi ꝓ cibo quotidiano eſt. Timet em̄ ne ſibi terra pro cibo deficiat. In gallie partibꝫ eſt bufonis genꝰ. quod cornutū dicitur: quia cornizare videtur. vnde a ſono vocis ſic appellatur. Colores habet duos. terrum et croceum. Hij vero prodeunt: ꝛ tūc voces tubarȝ edūnt. Duoq̄ȝ et duo voces tubarū reddunt inuicem.

Jn ſola gallia vociferi viuūt.elativo cē pdūt ⁊ muti ſunt. Phiſiolog⁹. Bufo ē aīal horroris qđ nūc cū aranea:nūc cū lacerta:qñqꝫ vero cū colubro vel etiā cū ſerpēte prelīū ſubit. Leſus aūt veneno alteri⁹ aīalis venenoſi a plantagine medelā accipit. Saluia libenter veſcit̄:cui⁹ radix bufoni mortalis eſt. Lapis in capite bufonis inuent⁹ ⁊ ab hoīe geſtatus veneni maliciā arcet. Ex bufone quoqꝫ per combuſtionem in puluerem redacto cum ſibi relinquit̄: bufo viuus regeneratur.nec tm̄ vnus ſed etiam plures.



Capitulum.xviij.

b Ubalus ⁊ Biſontes. Jſido. Bubali p deriuationē vocati ſunt:eo ꝙ ſūt ſil'es boū.adeo indomiti vt p̄ feritate iugū ceruicibꝫ nō recipiāt:hos affrica procreat. ¶ Ex libro de naturis rez. Bubalus eſt anīal boue maius ⁊ altius corpe:nigrum colore.habet cornua longa tortuoſa:collum longū:caput ingens:membra macilēta:caudam paruā:aſpectū beniuolū ac ſimplicem. Sed ſumme pnicitatis atqꝫ crudelitatis eſt cum ad irā fuerit puocatuꝫ. Uſibꝫ humanis accōmodatiſſimū eſt.fortitudine maxīa pollet. Bubalus patiens eſt laboris.pilos habꝫ paucos:vocem terribilem:frontē aſperrimā cutem duriſſimā.pede ſpargit terrā. Jn eius nare anulus ereus cum funiculo ponit̄:vt facilius homini cedat.in opus qđ fuerat ei impoſitum:ꝙ ſi onus eſt graue ⁊ vltra volūtatem ſuā imponat̄:ſtatim cōmot⁹ in terra ſternitur.nec facile ictibꝫ ad ſurgendū cogit̄ niſi alleuiato onere quo grauat̄.hic alio nomine biſontes dicit̄.de quo dicit Solin⁹.ꝙ beſtia eſt boui ſimilis. ¶ Solin⁹. Biſontes ī ſeptētrionali plaga ſūt boues feris ſimiles: vltra tauros pernicitate capti aſueſcere neſciunt. hos imperitū vulgus bubalos vocat. ¶ Plinius li.viij. Germania ſcythie cōtermina gingnit inſignia.boum feraruꝫ genera:iubatos biſontes ⁊ velocitate excellentes. vros qbꝫ omnibus imperitū vulgus nomen bubalorum imponit:cū id affrica gignit vituli potius ceruice quadam ſimilitudine.

Operationes

¶ Pli.li.xi. Bubaloꝝ ſanguis nō ſpiſſatur. A
¶ Haly. Coagulū pulli bubali ꝯ potū cicute
pdeſt ei q̄ comedit fūgos. ¶ Urina bubali ſi B
ꝯtrita miſceat̄ myrrha aut oleo ⁊ in aure po-
nat̄:dolorē ei⁹ ex frigido mitigat. ¶ Dyaſ. Fi C
mus bubali paſcentꝫ impoſit⁹ tumores vul-
nerum tollit:⁊ ſciatice paſſioni ꝯuenit. ¶ Jn D
cathaplaſmatibus poſitus duricias ac ſcrofas purgat:⁊ puſtulas ſoluit.



Capitulum.xix.

b Ruchus. Rudolph⁹ ſup Leuiticū: ⁊ Gloſa ſup Johel. Bruch⁹ modic⁹ eſt et fului coloris. Bruchus vocat̄ fetus locuſte anteqꝫ habeat alas. deinde cū incipit volare pax̄:dr̄ athelabus.cū ꝓo pleniter volat dr̄ locuſta. ¶ Eſt aūt bruch⁹ multo grauior qꝫ locuſta vel athelabꝫ. qꝛ iacens in vno loco radicit⁹ rodit fructus.

Capitulum.xx.

Upreſte. Iſi. ⁊ Pli. li. xxx. Bupreſtꝭ
b eſt aīal puū in italia ſimilimū ſcara-
beo: longipedum: fallit inter herbas
bouē maxime. vnde ⁊ nomen habet. deuora-
tūq; tacta felle ita inflāmat vt rumpat.

Operationes

A ¶ Pli. li. xxiij. Oleū onfancinū ꝯ bupreſtim
valet ex aq̄ ꝑ ſe lotū vomitiōibuſq; redditū
B ¶ Idē i li. xxx. Bupreſtis cū hircino ſepo il-
C lita lichenas tollit ex facie ſmecticavi. ¶ Idē
in li. xxviij. Lac reſiſtit veneno bupreſtis.
D ¶ Idē in li. xxxi. Si bupreſtꝭ paſta ſit nitruꝫ
E ex aq̄ vomitiones euocat. ¶ Ex li. de na. re.
Cū aūt bos bupreſtim iter herbas iacētē de-
uorauerit ac fel eiꝰ tetigerit: ita iſlāmat atq;
tumeſcit: vt ꝓtinꝰ rumpat laceratis viſceribꝫ





Capitulum. xxi.

Ubione ſiue Bibione ⁊ Blata. Iſi-
b dorus. Bibiones ſunt q̄ in vino na-
ſcuntur quos vulgo muſciones a mu
ſto appellant. Unde Affronius. Cū a me ex-
pectaſſet fabulare incipis ex ore bibiones in
uolant in oculis tuis. Blate. a calore dicte
ſunt. ſiquidē ⁊ cōprehenſe manū tingūt. vñ et
blateū colorē dicūt. Hoc aīal lucē nō patit
videre cōtrariū muſce. Muſca enī eſt lucipe
ta. Blata vero lucifuga. ¶ Ex li. de na. rerū.
Blata vermis eſt q̄ lucē videre nō patit. vn-
de ꝑ noctem tm̄modo ambulare conſueuit.
Palladius de agricultura. Blate ſunt apibꝫ
inimice ſicut ⁊ lacerte. Unde huiuſmodi ani
malia ⁊ his ſimilia oportet apum caſtris vel
aluearibus longe fugare: qui vult apes be-
ne ſeruare ⁊c̄.

Capitulum. xxij.

Capra. Ex li. de na. reꝝ. Capra eſt
aīal barbatū: longꝭ ⁊ acutis corni
c bus: paſcit in cōuallibꝫ ⁊ ī mōtibꝫ
⁊ in ramis arboꝝ q̄s ore poteſt at
tingere. ſed morſus eaꝝ exicialis eſt arbori.
Vel ꝓ ſo lābentes capre moriunt. Herbis ve
nenatis viuūt. Cōſtan. Si capre ex vaſis ta
mariſci biberint aut comederit nō habebūt

Sera.in li.de ſimplici medicina. Uidi inq̄t Galienꝰ capras lingētes tamariſci frōdes: et inueni eas ſine ſplene.quaſdam vero vidi lingētes ſerpētes pelle depoſita.ꝛ poſt albeſcentes minꝰ ſeneſcere. Iſido. Caprā a carpendis ꝟgultis q̄dā dixerūt.alij ꝙ carpēt aſpera. Nōnulli a crepitu crurū.vñ eas creas appellatas q̄ ſunt agreſtes capre. Areſto. Capra eſt aīal ruminans qđ tñ habet dentes in vtraqꝫ mādibula. Capre in paſtu cito mouentur a locꝭ ſuis:qđ nō oues faciūt.ꝛ accipiūt ſummitates herbaꝝ tm̄. Quādo mouentur poſt meridiē plus aque potabūt.ꝛ qñ ſalem ante partū comederūt multū fluxū a māmillis habebunt. ¶ Capre naturaliter veloces ſunt.iō paſtores nō ponūt eis rectorē. Capra nō bene videt in die:ſed acuit̄ eius viſus de nocte.habet aūt aliqñ oculos diſſiles in colore.qñ ſagittata fuerit pulegiū ceruinū q̄rit: ꝛ comedit vt extrahat̄ ſagitta. Pli.li.viij. Capre in ſicilia ſicut oues villo tonſili veſciunt̄. Capris in ethiopia vita ē vſqꝫ ad annos.xi. in orbe relique plurimū octo. Idem in li.xi. Oculi capre de nocte ſplendēt:lucemqꝫ iaculant̄ Pili acute craſſi exeunt hircis: feminis aūt tenuiores. Itē mares capraꝝ plures habent dentes q̄ꝫ femine. Nec hñt capre dētes ꝑter priores geminos habēt. Et binas in feminibꝫ mām̄as.nec alibi ſicut ꝛ oues. Pli.li. viij. Capre pariūt ꝛ q̄ternos.ſed raro admodū.ferunt q̄nqꝫ mēſibꝫ vt oues. veneno pingueſcūt:pinguedine ſterileſcūt. Itē Areſto. Caper vniꝰ āni coit:ſꝫ debile qđ generat In ethiopia ꝓprie capra viuit annis.xi.tota vita coit: ꝛ gemellas parit.ꝛ ſi cibꝫ cōueniens eſt: caper virtuoſus erit. Palladius lib.viij. Capra trima optime poteſt educare:ſed eligenda eſt capella magni corꝑis craſſis cruribꝰ breui collo:plenaqꝫ ceruice: auribꝫ flexis et grauibꝫ.paruo capite.nitido ac ſpiſſo longoqꝫ capillo.magnis vberibꝫ. Nec multe capre ſicut oues claudēde ſunt vna ſtatione q̄ꝫ ꝛ luto carcere ꝯuenit ꝛ ſtercore:ꝙ teniores mares generant haud tranſeundum eſt. Sed vltra octo annos nō ſunt mares ſeruandi:ꝙ genꝰ hoc languore ſterileſcit ꝛ etate.

Operationes

A ¶ Euſculapius. Capre cerebrū cū melle carbunculos in ventre ſanat. Sepū eiꝰ oī morſui ꝛ leſure ſubuenit. ¶ Axungia q̄ꝫ eiuſdē cū

B roſis mixta puſtulas que in nocte graueſcūt tollit.hoc etiā auribꝫ inſtillatū ſurdos ſanat ¶ Caſeus eius impoſitꝰ oēs punctiōes atqꝫ

C dolores reprimit. Pili eius vſti fluxus omnes ſedant. ¶ Ungule eiuſdē vſte ꝛ cū pice liquida trite ꝛ illite alopiciā curant. Lac eius bibitū arteriacum liberat. Uermes occidit. D

Priuriginē ꝛ morſus ſanat. ¶ Sanguis eius E

eadē facit: ꝛ venenū bibituꝫ extinguit. ¶ Ex F

li.de na.rex. Cornu capre aduſtuꝫ ſi ante nares vere caduci teneat̄: ſtatim cadit. ¶ Aui. G

Cornu capre aduſtū ꝛ albificatū dentes fortiter abſtergit.ſtringitqꝫ gingiuā: ꝛ ſedat inflate gingiue dolorē. ¶ Pli.lib.xxviij. Capre H

cornu vel pilis accēſis fugari ſerpētes dicūt Cinerēqꝫ ex cornu potū ꝛ illitū valere contra morſus eoꝝ. Idem quoqꝫ cinis ſudores inhibꝫ. ¶ Sanguis capre cū medulla decoctꝰ I

cōtra venena toxica ſumit̄. Idem etiā ſic datur diſſintericis ꝛ auxiliat̄ ydropicꝭ. ¶ Iecur K

capre cōtra papilionē.q̄ luminibꝫ aduolat ꝓficit. Aſſum quoqꝫ ciliacis ſubuenit: laudabiles quoqꝫ ſunt medulle hircine ꝛ caprine.

¶ Oraſco. Adeps caprinꝰ ceteris magis eſt L

ſtipticus paſcuaꝝ cauſa.vnde diſſintericꝭ cliſteribꝫ miſcet̄. ¶ Ius fellis eius etiā ptiſicis M

auxiliat̄. Bibentibꝫ quoqꝫ cantarides ſubuenit. ¶ Fel caprinum adhibetur fiſtulis cum N

ſucco porri. Adhibetur etiā medicaminibus vulnerum: ꝛ ea ſine tumore ſanat.

Capitulum.xxxiij.

Aprea. Pli.li.viij. Capree tranſfigu-

c rantur in plurimas ſimilitudines. Sunt enim capree: ſunt rupri capre. ſunt ibices.ſunt ꝛ origeffoli a quibuſdam dicti.ꝯtrario veſtiti pilo ꝛ ad caput verſo Sūt ꝛ damme ꝛ pygargi ꝛ ſtrepſicerotes multaqꝫ alia e diſſimilia. Sed illa alpes. hec tranſmarini ſitus mittunt. Idem in libro.xi. Na-

tura cornua dedit ramoſa capreis ſʒ parua:
nec decidua fecit. huiꝰ aĩalis ſanguis nõ ſpiſ
ſať. Iſido. Capreas agreſtas creas dicũt qs
greci: eo q̈ acutiſſime videãt recte pandor⸗
cos appellauerũt. Moranť enim in excelſis
montibꝫ. Et q̄uis de longinq̄ ſint: vident tñ
omẽs q̄ veniũt. Eedem ⁊ capree eedem ⁊ ibi⸗
ces q̄ſi auicces: eo q̈ ad inſtar auium ardua ⁊
excelſa teneant ⁊ inhabitent. Ita vt de ſubli
mi vix humanis obtutibꝫ pateãt. vñ ⁊ meri⸗
diana ps Ibices aues vocant: q̄ nili fluẽtis
inhabitãt. hec itaq̄ꝫ aĩalia in petrꝭ altiſſimis
cõmoranť. vt ſi qñ ferarꝫ vel hoĩm aduerſita
te pſenſerint de altiſſimis ſaxorꝫ cacumibꝫ ſe
ſe p̄cipitãt: ⁊ in ſuis ſe cornibꝫ illeſa ſuſcipiũt
Ex li. de na. re. Capra ſiluelſtris q̄ ⁊ capreola
vel rupi capra dr̄: beſtia ſeua eſt in cõparẽ ſui
generis. In alias aũt beſtia timida ac man⸗
ſueta nimis. Hec in inſula creta: qñ vulnera
ta eſt pulegiũ querit. quo comeſto ſagitta de
corpore exilit: vix autẽ capi põt: quia celerri
ma eſt. Et cum a canibꝫ premiť: ad mõtes al⸗
tiſſimos cõfugit. plurima inter mares ẽ diſ⸗
cordia ꝓpter feminas: ⁊ hoc tp̄e coitus.

Operationes

A ¶ Dyaſ. Fimus caprarꝫ ſilueſtriuʒ cum vino
B bibitus ictericos ſanat. ¶ Cum folio ſpicca
C nardi bibitꝰ mẽſtruis imperat. ¶ Reliquos
ſanguinis fluxus cũ aceto impoſitꝰ abſtinet
D ¶ Cõbuſtus ⁊ tritus cũ aceto ⁊ oximelle alo
E picias ſanat. ¶ Axungie mixtus podagricis
F medetur. ¶ Actor. Itẽ de Caprea hoc idem
quod ſupra ponit: licet ſub alijs verbis.

Capitulum. xxiiij.

c Anis. Areſto. Canis eſt aĩal iracun
dũ ⁊ applaudẽs hoĩbꝫ. piloſuʒ ꝑ vniuerſum ſicut porcꝰ ⁊ vrſus. habʒ den
tes ſupius ⁊ inferiꝰ: ⁊ ventrẽ vnũ: ac poſt ven
trẽ inteſtinũ. multos hʒ fetus: multaſq̄ꝫ fiſſu⸗
ras in pedibꝫ ⁊ multas mãmillas ſicut ⁊ por
cus. Quinq̄ꝫ digitos habet ĩ pedibꝫ anterio
ribꝫ ⁊ q̄ttuor in poſterioribꝫ ſicut leo ⁊ lupus.
Fimũ etiã habet ſiccũ ſicut ⁊ lupus. ſplenem
longũ ſicut hõ ⁊ porcus. p̄terea ſomnꝰ ⁊ vigi
lia. crementũ ⁊ corruptio. ⁊ vita ⁊ mors. cete
raq̄ꝫ accidẽtia ex ſenſibꝫ ſunt in canibꝫ ſicut ĩ
equis ⁊ hoĩbꝫ. Alexander. Canis aĩal eſt im⸗
mundũ rediẽs ad vomitũ: iracũdus: latratu
horrendũ canẽ extraneũ lacerãs: oſſa corro⸗
dens: qui cũ habuerit cõſortiũ alteriꝰ canis
refugit. Solus autẽ nomẽ ſuum cognoſcit.
Ex li. de natu. re. Canis eſt beſtia docibilis
ad omnẽ ludũ: dñm ſuũ diligit: ⁊ eiꝰ hoſpiti⸗
um vigilando cuſtodit: noctuq̄ꝫ latratu nocẽ
tes ꝑdit. Eſt etiã quoddã genꝰ canũ qð odo⸗
ratu ſures intelligit: ⁊ a ceteris hoĩbꝫ impla⸗
cabili odio diſcernit. Iſido. Nihil aũt ſaga⸗
rius canibꝫ. plus eñi ſenſus ceteris aĩalibus
habent. Nam ſoli noĩa ſua cognoſcũt. reco⸗
gnoſcunt dños ſuos ⁊ diligunt: ⁊ eorũ tecta
defendunt. ꝓ dñis ſuis ſe morti obijciũt. ſo⸗
litarie ⁊ voluntarie cũ eis ad p̄dam currunt.
Ambroſius. Canis eſt aĩal ſagax. quod vbi
veſtigium lupi vel leporis inuenerit. argumẽ
ta quedã ad eum directa ſemita inſequenduʒ
colligit. ad diuerticulũ ſemite venit. ſingula⸗
rumq̄ꝫ ſemitarũ exordia tacitꝰ ꝑcunctať: vt
ꝑ odorem agnoſcat in quã parteʒ diuerterit:
huic etiã aĩali inſitũ eſt naturaliter imparti
ret alimonie memoriã ſeruare: gratiãq̄ꝫ refer
re: ac ſolicitas excubias ꝓ dominoruʒ ſalute
ꝓtendere. Cũ eñi infirmať canis: radiceʒ ali
cuius herbe comedit ad vomenduʒ. Phiſio.
Canis cetera bruta in tribꝫ excellit: in diſcer
nendo amando ſeruiendo. Diſcernũt eñi do
minũ ab extraneis: nec eos quos inſectatur
odit: ſed ꝓ eo quẽ amat zelat: ⁊ ex ꝯſciẽtia ſo⸗
liciti amoris inuigilat. Mos eiꝰ eſt cũ paſto
re alludere. gregẽ noſſe. inſidiãtes feras pſeq̄
ſoli huic a natura inſitũ eſt. volũtarie ad qð
p̄parať ingeri. ⁊ ꝑ quandã obediẽtie formulã
ſola diſciplinati timoris expectatiõe ſuſpen
di donec ad ꝑagendi licentiã ſigno mittatur
Canũ aũt genera ſunt plura. Alij eñi ad capi
endũ feras ſiluarꝫ inueſtigant. Alij volucres
Alij vero greges. Alij domos cuſtodiunt.
Ex libro de natu. rerum. Tria ſunt genera

canū. Hoꝝ nobiliſſimi ſunt leporarij alias leuerarij quibꝰ forma elegantior ⁊ ad curſuꝫ celerior aptiorqꝫ venatui. Hi pectore valentes ſunt. Latratꝰ edere neſciūt. ⁊ niſi ꝓducantur ad curſum infra domū ſe continēt. Alij ſunt apti venatui: longis auribꝰ ac dependentibꝰ. hi odore ⁊ importunis latratibꝰ beſtiam inſequunt. Item canis maſculi nō de facili ledūt canes feminas. Et ita fit in pluribꝰ generibꝰ beſtiaꝝ. In oī aūt genere aīaliū maſculi plus feminis viuūt exceptis leuerarijs in quibus accidit cōtrariū. Areſto. Leuerarij q̇ppe viuunt annis vere deceꝫ: leuerarie duodecim. In leuerarioꝝ quidē genere plus viuūt femine maribꝰ ꝓpter laborē ipoꝝ maſculoꝝ. In alijs aūt plus viuūt mares feminis. Iteꝫ canes femine cū applicant ad etatē coitus habent ſigna ſicut homo. qm̄ eaꝝ mām̄ille intumeſcunt. ⁊ inuenit in eoꝝ pectore cartilago: ſed hoc difficile eſt cognoſcere niſi exercitato. maribꝰ aūt non accidit hoc: ſed in maiori parte crus eleuant in mingēdo: ⁊ nō niſi poſt ſex vel octo menſes faciūt. Et vniuerſaliter poſtq̄ꝫ rigeſcunt. Omēs aūt femine ſedēt qn̄ mingunt. In canibꝰ feminis lac inuenitur ad quinqꝫ dies ante partū: ⁊ in quibuſdā ꝑ ſeptē. Eſtqꝫ lac caninum ſpiſſiꝰ omni lacte: preterq̄ꝫ porcorum ac leporum.

Operationes

A ¶ Eſculapiꝰ. Canis ſanguis potatꝰ tremu-
B loſos liberat. ¶ Caput eius vſtum tritum et puluerizatum. vel eius caro neruoſa ⁊ ficus: morſus canis ſi bibat ſanat puluis dentium
C eiꝰ. Dolores dētiū ac gingiuas curat. ¶ Cor eius potatū canes a latratu detinet. Fel eiꝰ cū melle curat oculos. Lac eius bibitum pi-
D los ⁊ capillos creſcere non ſinit. ¶ Cū melle
E vl' vino datū mox fetū mortuū eijcit. ¶ Dens ex eo tactus cito mittit: ⁊ cicatrices oculoꝝ extenuat. Adeps eius podagrā ⁊ auriū do-
F lorem ſanat. ¶ Auicēna. Sanguis canis ꝓhibet ortū piloꝝ euulſoꝝ: vt ſcꝓſit Gal. Urina quoqꝫ canis admiſtrat ſup verrucam.
G ¶ Dyal. Lac primi partus canis capilloꝝ ortus amputat: ⁊ ī vtero īfantes excludit. Lociū caninuꝫ addito nitro aut medicamen fa-
H cto lepras et prurigines tollit. ¶ Fimus caninus in canicularibꝰ diebꝰ collectꝰ ⁊ ſiccus bibitꝰ ventrē abſtinet cū vino. Albꝰ vero fi-
I mꝰ eiuſdē arcuato morbo medetur. ¶ Pli. li. xxix. Sanguine canino nihil p̄ſtantiꝰ ꝯ toxica putāt. Canino felle cum melle curabat
K appoloniꝰ oculoꝝ ſuffuſiōes. ¶ Itē albugines canini lactis inſtillatio: dolorē ⁊ grauitatē auriū ſedat. Adipe canino lendes a ca-
pillis tollunt. ¶ Idē li. xxx. Canina cutꝭ cui- L
libet digito circūdata diſtillatōes ſedat. Fel canū podagris ꝯfert penna illinitū. Uerrucas oīm generꝫ ſanat vrina canis recēs illita fimiqꝫ cinis cū cera. ¶ Canis lingua medici- M
nalis eſt: lābendoqꝫ ſua vulnera vel aliena ſanat: q̇ ſi vulnꝰ ꝓpriū attingere lingua nō poſſit pedē lambit ⁊ ſaliue medicamine delinitū advulnus apponit: certus de medicamīe qḋ lingue ſue natura indidit. ¶ Auicē. Aq̄ caſei N
canes impinguat valde: ⁊ nutrit eos bene.
¶ Canis cecꝰ naſcit: lunaticꝰ ē: odoratu mul- O
tū viget: dentes habet acutos ⁊ os ſiſſuꝫ: valde mordet ⁊ lingit: nō ruminat ſed rodit: ad vomitū redit: p̄uſq̄ꝫ recubet lectū circūit: boliſmū patitur: id eſt rabidam famem.

Capitulum. xxv.

Attꝰ ⁊ cathaplepa Iſido. Cattꝰ. i. in-
C geniosus a greco venit: muſio ē appellatꝰ: eo ꝙ muribꝰ infeſtus ſit. hūc vulgus captū a captura vocāt. Dicūt alij ꝙ captat. i. videt. tam eni acute cernit vt fulgure luminis noctꝭ tenebras ſupet. Albertus. Cattꝰ ē aīal a capiēdo dictū muribꝰ eni infeſtus. Et dr̄ moribꝰ eſſe verecundū ⁊ pulchritudinis amatiuū. Habet aūt coloreꝫ griſeum. glauci ſorti ꝯgelare ſilem. habet eni coloreꝫ hūc naturalē: ⁊ alias hꝫ ex accidētali cibi: et p̄cipue q̇ domeſticus eſt: eſt aūt mordax valde: in multis ſimile leoni vnguibus ⁊ dentibus armat ſicut leo: ⁊ intrahit et emittit vngues ſicut leo. Carnē aūt hꝫ laxā et mollem.

Operationes

A ¶Auicēna. Ex catti morſu quãꝙ accidit do/
lor vehemens ⁊ viriditas in corpe. ⁊ curatio
B eiꝰ eſt curatio cõmunis. ¶Iuuat aũt cũ em/
C plaſtro cepe: vel calamẽti ſilueſtris. ¶Razi.
Catti ſilueſtres ex fumo rute ⁊ amigdalaruꝫ
D amararũ fugiunt. ¶Haly. Carnes catti cali
de ſunt ⁊ ſicce. medentur emorroidarum do/
loribꝰ. Renes calefaciũt. dorſi doloribꝫ pro/
E ſunt. ¶Eſculapius. Stercus catti vel catte
F cũ ſynapi ⁊ aceto alopiciã curat. ¶Cathaple
pa. Pli. li. viij. Cathaplepa appellaẽ fera mo
dica ⁊ iners iuxta fontem tygrim q̃ eſt apud
heſperios ethiopes (vt pleriꝙ eſtimauere)
nili caput. Fera hec ceteris quoꝙ membris
iners caput tñ pregraue egrefert quod deie/
ctum ſemp in terrã. Alias in tremore eſt hu/
mani generis omnibꝫ: qui oculos eius vide/
rint cõfeſtim expirantibꝫ. Eadem et baſiliſci
G ſerpentis eſt vis. ¶Solinus. Iuxta fluuiuꝫ
tygrim naſciẽ cathaplepa: modica ⁊ iners be
ſtia peſtilenti aſpectu figura fere catti.

Capitulum. xxvi.

Accus. Ex libro de naturis rerum.
c Caccus eſt monſtrum in archadia
totum ſetoſum vt porcus. Et vt ſcri
bit Adelinus philoſophus: Anhelitu ſuo pe
ctore flammas eructuat: id eſt ſpiritũ flãmi/
neum: maxime cum ira furit per motuꝫ. Hic
in antris ſup tyberim cõmoraẽ: ⁊ inuadit ſu/
bito thaurorũ ⁊ vaccarum greges p caudas
tres vel quattuor apphendens: ⁊ vi ſue forti
tudinis in antrum occulte trahens greſſu re
trogradone ſcilicꝫ de facili poſſit inueſtigari.
Nec ſolũ aĩalibꝫ eſt infeſtus: ſed huboni gra/
uiſſime inſidiaẽ: cũ tñ ipm hoĩem plurimũ ti/
meat. Si querit quõ de aĩalis ore flãma poſ
ſit euomi tam efficax: vt prime ꝯtrectata ali
as ꝯtracta cõburat: ⁊ nõ ipm corpus aĩalis
flãma tali abſumaẽ. Reſponderi poteſt: quia
cum anhelitus adhuc in viſceribꝫ aĩalis per
membra varia late diffuſus eſt tepidũ vſꝙ/
quo nõ exuberaẽ in flãmas. Sed eructuatꝰ
cõtinuaẽ ac multiplicaẽ in obiectum aliquod
corpus. virtutemꝙ recipit cõburẽdi ſicut vi
demus p mediũ berilli lumẽ ſolis multiplica
re radios. ⁊ in ſummo mucronis acumie ra/
diorum ignis virtutem in ſubiectã materiaꝫ
ſuſcipere. Ignemꝙ effici violentũ. huic aĩa/
li ſimilia fuerunt illa de q̃bus in libro Sapi/
entie legiẽ: ꝙ ignis ex ore ſuo ſpirabant. De
cacco dicit Virgilius. viij. lib. eneidos. Se
mihominis facies huic monſtro Vulcanus
erat pater illius atros ore fomens ignes ma
gna ſe mole ferebat. terribiles oculos vilo/
ſaꝙ ſetis pectora ſemiferi. huius cacci mens
effera quattuor a ſtabulis preſtanti corpore
thauros auertit. totidem forma ſuperante iu
uencas: atꝙ hos ne qua forent pedibus veſti
gia rectis: cauda in ſpeluncam tractos ver/
ſiſꝙ viarum: indicijs raptos ſaxo occulta/
bat opaco Hunc caccum propter furata ſibi
pecora Hercules interfecit: vt ibi Virgili/
us in longum proſequitur.

Capitulum. xxvii.

Amelus. Ex libro de a.rer̄. Came
c lus eſt anĩal deformẽ: gibboſum: ha
bens collum longũ: crura poplexa:
lentũ inceſſuꝫ. ⁊ dũ graditur nunꝙ̃ pedes at
terit: immundũ aĩal ſm legem. qm̃ vngulam
quidẽ habet: ſed nõ diuidit eã. Cum aũt one
randi ſunt: paululũ ſup genua ꝓcũbuntur:
⁊ ſtatim ad onera flexis ceruicibꝫ inclinãtur
aquas puras refugiunt: lutulentas bibunt:
⁊ hoc gratia nutrimenti. Omne enĩ elemen
tum quãtum plus cõmixtum eſt alijs: tanto
plus nutrit: ⁊ ecõtrario irati cameli ſtrident
horribiliter. His etiam rabies accidit ⁊ po
dagro de q̃bus facillime moriunt̃. Nõ autem
vngulas eijciũt. Sed vehemẽtiſſimo dolo
re grauant̃ quãdo duras et laborioſas vias
incedũt. Nõ enim in pedibꝫ habẽt de forti co
rio ſotulares. Ordeum cito tranſglutientes
reſeruant: vt rurſum ruminando tota nocte
mãducent. Alij compatiẽtes abſtineant: illi
q̃ recti cameli dicuntur: vnum tm̃ habet in
dorſo gibbum. Eſt autem ⁊ aliud genus eo
rum quos dromedarios vocãt curſu mirabi
li vigentes ⁊ bina tubera in dorſo habentes
Areſtotiles. Cameli ſunt ſicut animalia cor
nuta: quia ventres eius ſunt ſicut habentiuꝫ
cornua. et quia cibus illius ſpinoſus eſt: ne
ceſſario fuit eius lingua carnoſa propter du
riciem palati. Natura ergo vtitur palato ſi
cut parte dentium terreſtri. Camelus nõ ha
bet fel diſtinctum: ſed venas paruas in q̃bꝰ
eſt fel. ¶ Solinus. Camelorũ femine ad bel
la preparant̃. putantq̃ʒ validiores eas fieri. ſi
caſtratiõe a coitibus arceantur. Camele cũ
homĩes eis vtunt̃ ad preliandum: caſtrãtur:
quia tũc nõ impinguãtur. In locis quidẽ al
tiſſimis habitãtes: tria milia camelorum ha
bent homĩes currẽtium velocius q̃ʒ equus:
et hoc nõ accidit eis niſi ꝓpter amplitudineꝫ
paſſus. ¶ Vegetius de re militari libro ter
tio. Camelos apud veteres aliquãtule nati
ones in aciem produxerũt. Sed hoc genus
animalium arenis quidẽ tolerabile ſic aptũ.
nam confuſas etiam in puluere vento vias:
abſq̃ʒ errore dirigere memoratur. Ceterũ pre
ter nouitatem hoc ſi vti videat̃ inefficax bel
lo eſt. Item cameloꝝ mares habent virgas
ad poſteriorem partem vnde auerſi coeunt.
Sunt autem virge neruoſe ac dure vnde ex
eis arcuũ corde fiunt. Coitus tempore ſoli
tudines aut ſecreta petũt. Item. Camelus
eſt valde malus tempore coitus. Et ſi quod
aĩal vel homo tpe hoc appropinquauerit ad
eũ ledit ipm. Coit aũt poſt trienniũ. tempore
luxurie ſolitariꝰ eſt cũ femina ferus ac ſilue
ſtris et coeundo ꝑ totam dieꝫ equitat. Sed
cum alias luxurioſus ſit: erga matrem conti
nens eſt. vnde in quadã ciuitate cooperieba
tur camele caput: vt eius pullus ſuper eã ſal
taret. qui cooperto matris capite ſuper eam
ſaltauit: ⁊ cooperimẽto ſublato matrẽ agno
ſcens. turpitudinis ope quod ceperat inter
cepto: deſcenditq̃ʒ ipſum ingeniatorem mor
dens interfecit. Camela pregnans eſt per an
num: poſt partũ quoq̃ʒ quieſcit a coitu ꝑ an
num vnum tm̃ filiũ facit ſicut elephas equꝰ
et omne anĩal habens ſoleas. Cameli viuũt
centum annis. Cameli patiuntur ſitim ꝑ qua
triduum: et poſtea bibunt multum. huic ani
mali natura dedit magnitudineꝫ corporis in
modum iumenti ſicut et elephanti. animal
quoq̃ʒ cuius cibꝰ eſt ex materia lignea ⁊ ſpi
noſa multos habet ventres: et in hoc gene
re eſt camelus.

Operationes

☞ Auicenna. Caro cameli prouocat vrinam A
Adeps qui eſt in gibbo cameli ſuffumigatus
confert emoroidibus. cameli cerebrum ex
ſiccatum: ⁊ cum aceto bibitum cõfert epiẽ
tie. ad idem valet eius ſanguis. ¶ Qui etiam B
ſiccatus ⁊ frixus retinet fluxum: cum vino
quoq̃ʒ bibitus ſagitte armene nocumẽto cõ
fert. poſt purgationem vero menſtruoruꝫ po
tatum iuuat ad impregnationem: ⁊ cõfert ꝓ
uocationi matricis. ¶ Idem. Lac camelarũ C
fetarum eſt ſubtile et valde aquoſum: nec fa
cit opilationes (ſicut cetera) propter pauci
tatem caſeitatis ⁊ abſterſionis aqueitatis il
lius. ¶ In ipo ẽ ſalſedo: quia cameli diligũt D
acetoſum: ⁊ hoc eſt melius lac. Dicitur autẽ
ꝙ eſt vehementis tarditatis in ſtomacho et
in ſuperioribꝫ ventris. Ex ipo nõ timetur ſor
dicies ſicut ex ceteris niſi raro. ¶ Urina ca E
meli cõfert ydropiſi. Cõfert etiam vehemen
ter fetori nariuꝫ. Et aperit opilationes cola
torij cum virtute vehementi. ablutione ex ea
facta cõfert furfuribus. ¶ Dyaſco. Fimꝰ ca F
melinus albus cum melle tritus et impoſitꝰ
tumores reprimit: ⁊ vulnera delicata ꝑmun
dat. ¶ Haly. Sanguis cameli fricatus diſ G
ſinterie prodeſt: ⁊ ſolutione cronice potuiq̃ʒ
veneni lac cameli prodeſt: corruptioni cõple
xionis augetq̃ʒ ventrem. ¶ Plinius. Ster H
cus cameli mundificat et deſtruit verrucas:
abſcindit fluxum ſanguinis ex naribus: et
quando bibitur cum medicinis epilentie cõ
fert. ¶ Item reſoluit bothor ⁊ vlcera: ſcrofu I
las quoq̃ʒ fortiter ⁊c̄.

Capitulum.xxviij.

Ameleon. Iſidorus. Cameleon non
c habet vnū colorē: ſed diuerſa varie-
tate cōſperſus eſt: vt pardus hui⁹ ca
meleontꝭ corpuſculū ad colores q̄s videt fa-
cilima ꝯuerſione variat̄. cū alioꝝ aīaliū non
ſit ad ꝯuerſionē facilis corpulentia. Rudol-
phus ſup Leuiticū. Cameleon in infirmita-
te māſuetū eſſe ſe ſingit: cū alias ſit īmanſue
tum aīal. Gloſa ſup Leuiticū. Cameleon eſt
natū ad deridendū: doloſum: rapax: ingluui
oſum: ⁊ ideo ſm legē immūdū. Ambro. Ca-
meleon diuerſas ſpecies colore vario fertur
mētiri. Areſto. Cameleon eſt aīal valde timo
roſuꝫ. ꝓpter qđ ī multos colores mutat̄. Cau
ſa ꝟo timoris ei⁹ paucitas ē ſanguis ⁊ calo-
ris. vñ etiā valde macer eſt: ⁊ vocat̄ leo terre.
hui⁹ facies eſt ſicut aīalis ex porco et ſymea
cōpoſiti. Vngulas hꝫ ſīles vncis ſeu auium
vngulis. Alteratio coloris fit qñ coriū eius
inſufflat̄. manet in cauernis ſicut lacertulus
Soli. Cameleon ꝑ oēm aſiam eſt plurimus.
Aīal ſcꝫ q̄drupes: facieq̄ꝫ lacerte: niſi crura
recta ⁊ longiora ventri iūgerent̄ plixa cau-
da: eadēq̄ꝫ in vertiginē torta. hamati vngues
ſubtiliq̄ꝫ adoneitate. Inceſſus vero piger et
idem fere q̄ teſtudinū motus. Corp⁹ aſperuꝫ
cute qualē ex cocodrillis dep̄hendim⁹ ſub-
ducti oculi ⁊ receſſo cōcauo introrſum rece-
pti: quos nunq̄ꝫ in taxione obnubit.

Operationes

A ¶ Pli. Cameleon q̄ꝫ multa in ſe fert̄ br̄e vti-
lia medicine. Caput eius ⁊ guttur ſi robore-
is lignis accendant̄: imbriū ac tonitruū con
curſus facere democrit⁹ narrat. ¶ Itē iecur B
in tegulis vſtum. Reliq̄ ad veneficia ꝑtinen
tia q̄ dicit: q̄q̄ꝫ falſa eſtīmātes obmittemus
ꝑterq̄ꝫ in riſu coagentiū. ¶ Oculo ei⁹ dextro C
ſi viuenti eruat̄ albugines cū lacte caprino
tolluntur. lingua q̄ꝫ ad alligata pericula pu-
erperij. ¶ Eundē ſalutarē eſſe parturientib⁹ D
circa domū. ¶ Cor eius aduerſus quartanā E
eſt ꝓficuū. lana nigra prime tonuſre illigatū.
¶ Pes prior dexter in pelle: hiene alligatus F
brachio ſiniſtro: dicitur ꝓdeſſe ꝯtra latroci-
nia terroreſq̄ꝫ nocturnos. ¶ Item dexteram G
mām̄illam ꝯtra formidines pauoreſq̄ꝫ. ¶ Sꝫ H
⁊ pedem eius ſiniſtrū in furno torreri cū her-
ba eiuſdē noīs addito vngento paſtillis fa-
ctis inde (ſi credimus) fertur hoīem inuiſibī
lem facere. ¶ Eius felle glaucomata ⁊ ſuffuſi I
ones corrigi creditur ꝓprie tridui vnctione.
creditur etiam eo lienibus inſtillato ſerpen-
tes ſeperari: ⁊ ad alia multa.

Capitulum.xxix.

Amelopardus. Iſido. Camelopar-
c dus eſt dict⁹: eo ꝙ cū ſit vt pardus al
bis maculis ſupaſꝑſus collo equo ſi
milis: pedibꝫ bubulis: capite tamē camelo ſi
milis eſt. Hūc ethiopia gignit. ¶ Pli. li. viij.
Cameleoꝝ aliq̄ ſimilitudo ī duo trāſfert̄ ani
malia. Nabuna ſiquidē ethiopes vocant be
ſtiā collo ſimilē equo: pedibꝫ ⁊ cruribꝫ boui:
capite camelo. albis maculis colorē rutiluꝫ
diſtinguētibꝫ. Vnde ⁊ camelopardulus ap-
pellata eſt. Hec primū quidē dictatoris ceſa
ris cirſenſibus ludis rome viſa ē. Ex eo ſub

inde cernit aſpectu magis q̄ feritate conſpi
cua.quapropter ⁊ ouis fere nomē inuenit.

Capitulum.xxx.

c
Apreolus.Auicēna.Capreolus eſt
aīal in india:ſimilis hinnulo ſiue cer
uorū filio:q̄ apud nos etiā nō mutat
dentes.Et qn̄ eius dentes ſūt magni ſignāt
vite diuturnitatē in eis:⁊ habet oculos acu
tos.Areſto.li.viij.Capreoli ſilueſtres habēt
ſapientiā.qn̄ vulnerant̄ querūt pulegiū cer/
uinum ⁊ comedūt ipm̄ vt extrahāt ſagittas
a corpe ſi que in ipis ſunt infixe ex velocita/
te mot⁹ ⁊ aſſiduitate diſcurſus.Caro capreo
li a ſupfluo humido exonerat̄:⁊ ei⁹ caro tene
rior ⁊ digeſtibilior efficit̄:⁊ saporis ac odorꝫ
eius grauitas amputat̄.Idem Areſto.Pa/
ſtus gratia de locis altis ad altiora tendit:⁊
inter herbas ſalubres ⁊ noxias odore diiu/
dicat ⁊ diſcernit.Ruminat cibos ⁊ vngulaꝫ
findit.Non vngue nō cornu nō dente:ſed ſo
la velocitate fuge a canibꝫ venatoꝝ inſulſis
ſe defendit.Unde quādo in campeſtribꝫ pſe
quit̄ ad montana fugiens alta petit.In mon
tibꝫ indie ſunt quidaꝫ capreoli qui ab herbis
aromaticis ⁊ odoriferis paſcunt̄ in quorum
vngnibꝫ ſunt quedam concauitates in quibꝫ
humores quidam ad apoſtēata colligūt̄ que
primo ad maturitatem ⁊ motū ⁊ confricatio/
nē rūpūt̄.et a corpe cū piloſis follicul' abſtra
huntur:⁊ ſubſtātia que infra pelliculā cōtine
tur ſumme eſt odorifera ⁊ iter aromatica ma
xime precioſa in medicinis plurimū vtilis ⁊
virtuoſa.Ut vult Dyaſ.⁊ Platea.Et aliqui
dicūt illud muſcum vulgariter appellare.

Capitulum.xxxi.

c
Aſtor eſt anīal' ad modū canis pon/
tici.longum ſcilicet ⁊ gracile.dentes
habet acutiſſimos:pellem delicataꝫ
ac nobilem.que quanto nigrior eſt tanto pre
cioſior.colores in pilis habet velut dax⁹:ſed
pili ſubtiles ſunt ⁊ pulchri.nō poteſt diu ſu/
ſtinere vel ſubſiſtere niſi caudam in aqua te/
neat quam habet vtiqꝫ piſcium caude ſimi/
lem:ſaporemqꝫ eius ⁊ ſpeciē.Unde ⁊ a chri/
ſtianis in ieiunio comeditur.pars enim cau
de ipſius edibilis eſt:reſiduum autem ei⁹ eſt
caro.Ipſaqꝫ cauda longitudinis cubitalis
eſt pinguedinem multaꝫ habens.Pedes au
tem poſteriores habet vt anſer.Anteriores
autem vt canis.Hec enim illi natura para/
uit:vt et poſterioribus velut auis in aqua na
taret.⁊ anteriorībꝫ in terra ſicut quadrupes
ambularet.¶Ex libro de naturis rerum.Ca
ſtores vt dicit experiīmētator ī grege viuūt:
et ſimul ad ſiluas pergunt.Lignaqꝫ dentibꝫ
abſcindentes ad cauernas ſuas ea miro mo
do referunt.Unum etiam ex caſtoribus pro
vehiculo reſupinatum pedibus eleuatis in
terram proiiciunt.et inter crura eius abſci/
ſa artificioſe componunt.et ſic eum trahen/
tes cauda ad propria tecta deducunt.verum
iniuriam talem non faciunt his:qui inter il/
los educati ſunt.ſed illis qui de alienis par/
tibus ad ſe venerūt.Hos enī in ſeruitutē ſub
certa cuſtodia redigunt.¶Alioꝝ tamen opi/
nio eſt:q̄ hoc illis faciāt qui ſenectute labo/
ribuſqꝫ cōfecti dentes obtuſos habent.⁊ qui

ligna ſecare nõ valent. Tales enĩ ĩ ſeruitutẽ
redactos ꝑ abſumptionẽ piloꝝ in dorſo ve
natores agnoſcunt: eoſq; pietate cõmoti il
leſos abire ꝑmittũt. Jn duplices aũt vſus li
gna ſecta habent. Nam ⁊ corticẽ comedunt:
⁊ ex lignis habitacula valde artificioſa faci
unt. Amaris quidẽ arboꝝ folijs et corticibꝰ
caſtor ꝑ ſummis delicijs veſcit̃. vnde ⁊ tota
eius caro: ⁊ ſi bono tamen amaro odore per
funditur. ¶ Phiſio. Caſtor cũ eum venator ꝑ
ſequit̃ abſciſos teſticulos ante faciẽ eiꝰ pro
cit. ⁊ venator habens qḋ ab eo cupiebat vl
tra nõ ſequit̃. Si aũt alius venator eũ ſequa
tur: erigit ſe ⁊ oſtendit virilia ſe nõ habere: et
ſic euadit. Eſt aũt aĩal mãſuetũ nimis. ¶ Ex
li. de na. reꝝ. Huiꝰ aĩalis venatio fit hoc mo
do. Canis ad hoc inſtructus in aquã proijci
tur: qui ad foramen manſionis illius ꝑueni
ens ingreditur. nec cedit caſtor morſibꝰ do
nec a venatoribus artificioſa illa manſio re
fringatur ⁊c̃.

Operationes

A ☞ Plateariꝰ. Caſtoris teſticuli abſciſſi ĩ vm
broſo loco ſuſpenſi deſiccant̃: vt in vſum me
B dicine reſeruent̃: ⁊ dicunt̃ caſtoreũ. ¶ Bonũ
aũt caſtoreũ: id eſt nõ ſophiſticatũ: habet ſa
porem mediocriter acutũ. Glutinoſum eſt et
ſaporem habet multũ horribilem neruos in
tricatos ⁊ pelliculis adherentes ꝑ ãnos ſex
in magna efficacia ſeruari poteſt. Meliꝰ tñ
eſt quanto recentius. Jn medicinis ponitur
abiecta pellicula exteriori. Virtutem habet
diſſoluendi attrahendi ⁊ maxime neruoſa lo
C ca cõfortandi. ¶ Cõtra epilentiã ⁊ alias fri
gidas paſſiones capitis datur caſtoreum cũ
ſucco rute in potu vel decoctionis eiꝰ vinũ.
D ¶ Contra paraliſim lingue puluis eiꝰ ſub lin
gua ponit̃ donec ꝑ ſe reſoluat̃ ⁊ conſumatur
E ¶ Contra paraliſim totiꝰ corpis dat̃ vinum
F decoctionis eius ⁊ rute ⁊ faluie. ¶ Contra li
targiã ꝓuocatur ſternutatio ex caſtoreo: ce
G rebrũ cõmouet ⁊ ꝯfortat. ¶ Dyaſ. Caſtoreũ
teſticuli ſunt aĩalis: qḋ caſtor dr̃. ⁊ ſepe aqua
H ticã. ſepe vero terrenã ſuſtinet vitã. ¶ Opti
mũ eſt ponticũ ꝙ ſi interius cereũ ⁊ obſtru
ſum mẽbranulis naturalib. quidã autẽ teſti
culos adulterãtes immittũt veſicis cum ar
moniaci gutta ſanguine caſtoris cõſperſa.
J ¶ Eligẽdi ſunt ergo q̇ iuncti ſunt ex vna ra
dice ſibi coherẽtes. pleni inſcidi fragiles. ipiſ
K folliculis ſe tractius ſeparãtes. ¶ Calefacit
aũt caſtoreũ ⁊ deſiccat ⁊ attenuat. Jllis ergo
qui ex plenitudine ſpaſmũ patiuntur aut tre
morẽ neruoꝝ vtiliſſimum eſt. Quib aũt hoc
contigit ex inanitate vel ſiccitate ꝯtrarium
¶ Vitia q; pulmonis emẽdat. Et humidum L
frigidi cerebri humorẽ cũ pulegio. Cũ vino
bibitũ inflationes tollit. ¶ Tortionib mede M
tur. potiones venenatas nocere nõ ſinit. Li
targicis ſingulare preſidiũ eſt. ¶ Tremori ⁊ N
cõtractionib ⁊ omib neruoꝝ cauſis delitũ
⁊ vnctum medetur. ¶ Virtus enĩ ei terma O
tica eſt ⁊ recorporatiua mixtũ malacinatib
⁊ acopis paraliticis ſeu ſciaticis ⁊ his ſimi
lib ſubuenit. ¶ Auicẽna. Caſtoreũ ꝯfert obli P
uioni ⁊ litargie cũ aceto ⁊ oleo roſaceo ſur
ditatiq; frigide ac ventoſitati in aure diſſolu
tum in oleo nardino. ¶ Attractio ꝑ nares ex Q
fumigatione ipſiꝰ confert apoſtematib pul
monis ⁊ infirmitatib eiꝰ. Bibitur cũ aceto
ꝓpter ſingultũ ⁊ facit ſitim. ¶ Delet dolorem R
ventris pungitiuum cũ aceto bibitum. ven
toſitatẽ reſoluit. Menſtrua ꝓuocat. Secũ
dinam ⁊ fetũ extrahit. ¶ Confert morſui par S
uorum venenatorum. ⁊ quod ex eo declinat
ad nigredinem eſt venenum. Jta ꝙ interficit
quandoq; in vna die. ¶ Fel caſtoriſ ad multa T
vtile eſt. Eius quoq; coagulum ſedat morbũ
caducum.

Capitulum. xxxij.

Hama. Albertus in li. de na. anima
c lium. Chama eſt beſtia alio nomine
rufinus dicta in ethiopia. Eſt autẽ
ad modũ lupi in figura maculis albis vt par
dus per totũ reſperſa: ludis apta: eo ꝙ diſ
cipline multum eſt perceptibilis. Et in hoc
conuenit cum natura canis.

Capitulum.xxxiij.

Alopus.Albertus in li.de na.aui a.
c Calopus dr̃ eſſe aĩal iuxta eufraten
habitãs.ꝛ de eufrate ꝑpter aq̄ frigi/
ditatē bibēs.Aſtutū ꝛ velox eē dr̃.Jta vt ve
nator ſibi appropinq̄re nõ poſſit. Cornua ge
ſtat lõga ſerre modū ꝓtēdētia.q̄bꝫ ꝛ arbores
deĳcere dr̃.ſꝫ ꝟgulta añ repulſū cornuū ſuoꝝ
tendētia frãgere nõ põt.Licꝫ ad hoc ſepe ni
tatur.ꝛ ideo in eis frequēter inuolutis corni
bus cum captum tenetur dentibus ſtridet.ꝛ
audito ſtridore a venatore capitur.

Capitulum.xxxiiij.

Eruus.Ex li.de na.reꝝ.Ceruus eſt
c aĩal velocitate mirabili frontē hñs
ramoſis cornibꝫ aſperatã. Quorum
creatio fit ſi biennis fuerit:tunc vſqꝫ ad ſex
annos ꝓ etate ramos augēt.deinde numero
ſiora fieri nõ pñt ſed maiora.Solū hoc aĩal
cornua mutat:ꝛ ſupra modū gloriatur.habet
vnū vermen in capite q̄ eum vere vexat aſſi/
due.Sed ꝛ om̃e aĩal ꝛ ip̃e homo vermē ha
bet ſub lingua.¶ Areſto.Ceruus eſt aĩal ſa/
piens.de quo etiã opinanᷓ ꝙ inter aĩalia qua/
drupedia diſcretius ſit:Jdem.Ceruꝰ eſt aĩal
timidum:cornua quidē hñs ꝛ fiſſurã invngu
lis.dentes eius declinant ad inferius.habet
quattuor dentes in vna parte oris: ꝛ ĩ alia q̄t
tuor per quos molit.habet etiam duos mag/
nos alios:qui ſunt in maſculo maiores:et in
femina minores.Vox maſculi groſſior eſt et
altior q̄ꝫ femine.Maſculus vociferatur mul
tum tempore coitus:et femina quandoqꝫ ti/
met.Ceruus itaqꝫ (ſicut ꝛ cetera magni cor/
dis aĩalia) timidus ē:vocē vulpiū timet.Jn
ſibilo autē ꝛ cantu delectaᷓ.Jtaqꝫ ſibilantē
ꝛ cantantē ſequiᷓ:ꝛ alius eum occidit.Un/
de cū aures erectas habꝫ inſidias ſubſequē/
tis aduertit.Poſtq̄ꝫ vero dimiſerit:non ad/
uertit.¶ Jtem.Cerui pugnant:ꝛ victus obe
dit victori obedientia forti. Cum autem im/
pregnaᷓ ceruꝰ latet ꝓpter venatores.Jnteſti/
na cerui valde fetida ſunt.vnde nõ comedun
tur a canibꝫ:niſi ſint valde famelici.¶ Phiſi/
ologus.Ceruus vbi ſerpentē agnouerit eſſe
implet os ſuū aqua effunditqꝫ in foramē.de/
inde cum quodã oris ſui ſpiramine ſerpētes
foras attrahit:ꝛ pedibꝫ ſuis ꝯculcans ipſuꝫ
interficit.Ceruorum autē duo ſunt genera.
Unū qḋ vt inuenerit ſerpentē in cauerna vbi
latitat:flatū immittit vt exeat.ꝛ egredientis
collū ꝑcutiens hinc ꝛ inde occidit eū ꝛ deuo
rat.Poſtea vero ꝓpter timorē ad aquas pu/
riſſimas currit ac venenū euomit. Sed inter
hunc tumorem pilos mutat ꝛ cornua abĳcit.
Aliud eſt genꝰ qḋ ſi ſerpentē inuenerit occi/
dit:ꝛ poſt victoriã ad montē vbi pabulū iue
niat tendit.Ambro.Ceruus cū nondū habꝫ
cornua:tñ fronte ꝑludit:ꝛ ea que nõdū exper
tus eſt tela minaᷓ.Ceruus qñ egrotat: ramu
ſculos olee comedit:ꝛ ſanꝰ fit.¶ Areſto.Cer
uus (vt dictū eſt) maſculus vociferaᷓ mul/
tum tp̃e coitus.Cerua non poteſt coitū pati
ꝓpter duriciem virge maris:recipit aũt fugi
endo.Cerua paritura prius dragonteã come
dit.cum vero parit ſubito comedit ſecundi/
nam fetuum anteq̄ꝫ cadit ad terram. ꝛ eſt eiꝰ
ſecundina venenum.

Operationes

A ¶ Phiſiologus. Ceruoꝝ lachꝛyme collecte ꝛ
oſſa inuenta in corde ipoꝛuꝫ apta ſunt potui
cordis pulſu laborantibus.
B ¶ Platearíꝰ. In corde cerui repitur quoddã
os in ſiniſtra parte: in qua eſt quedã cõcaui-
tas. ad quẽ ſplen habet reſpiraculum ꝛ emit-
tit ſupfluitatem. que ibi ꝓpria ſiccitate in ſub-
ſtantiam mutatur oſſuoſam. Illud eſt de ſan
guine cordis ſubuſtum. habet virtutẽ depu
randi fumum melancolicum.
C ¶ Datur ꝛ cõtra cardias ꝛ ſincopim ꝛ cõtra
D emoroides. ¶ Eſculapius. Si qͥs in co-
rio cerui voluitur: ſerpentes nõ timet. Me-
dulla quoqꝫ cerui dolores ſedat.
E ¶ Haly. Coagulum cerui ꝯtra potũ cicute ꝛ
fungoꝛuꝫ eſum prodeſt. Urina cerui ſplenis
dolorem adiuuat. Uentoſitati ſtomachi et
inteſtinorum prodeſt. Auribus inſtillata me
F detur earum vlceribus. ¶ Auicẽna in. iiij.
canone. Extremitates caude cerui venenũ
eſt. ꝛ ipſam bibẽti accidit anguſtia vehemẽs
ꝛ ſincopis ꝛ mors. Sed cura eius eſt vt euo
mat cum butiro ꝛ aneto. deinde in potu den
tur auillane ꝛ fiſtici confecta ſimul.
G ¶ Plinius libro. xxviij. Pulmo ceruinus cũ
gula ſubarefactus in fimo. deinde tuſus ex
melle tuſſim ſanat. Coagulũ cerui aceto ſan
guinem ſiſtit. Hinnuli vero coagulũ matris
vtero execti: ſummis ꝑfertur remedijs.
H ¶ Plinius dicit. Cornu cerui vſti nidor comi
cialem morbum ſiue caducam deprehendit.
Eiuſdem cornu cinis illitus ex aceto vel ro-
ſaceo dolorem capitis ſedat.
I ¶ Idem cinis dentes mobiles fricando vel
colluẽdo cõfirmat: eorũqꝫ dolores mitigat.
K ¶ Idem quoqꝫ valet crudi cornu farina. Itẽ
Cinis predictus reumatiſmos ſanat: et ſan-
L guis excreationes curat. ¶ Tinearũ quoqꝫ
genera id eſt vermes pellit potatus. Regio
morbo prodeſt potatus ex vino.
M ¶ Solinꝰ. Ex cornibꝫ aũt cerui dextrũ effi-
cacius eſt ad medelã. Actor. Quia vero cor
nu dextrũ (vt dictũ eſt) ad medelam efficaci
us eſt. Ideo dicit Plinius: ꝙ ceruus hoc bo
no ſuo inuidens: homini cornu dextrum ab-
ſcondit nequeat inueniri. Idẽ quoqꝫ dicit li
ber de natura rerum.
N ¶ Areſtotiles vero dicit eum abſcõdere cor-
nu ſiniſtrum tanqꝫ in eo ſit aliquod iuuamen
tum.

Capitulum. xxxv.



Eruleus. Actor (vt aiũt Solinꝰ ꝛ ſti
c cius ſeboſus) Uermis ẽ mirabilis
in gange fluuio abũdans. hꝫ enĩ bra-
chia bina lõgitudis ſex cubitoꝝ: qͥbꝫ etiã ele
phantẽ corripit vndiſqꝫ ſubmergit. Sed qm̃
hic ꝟmis ingens ac mõſtruoſus ẽ ꝛ aq̃ticus
Ideoqꝫ inferiꝰ eũ iter monſtra aq̃tica: vicꝫ ĩ
tractatu de piſcibꝫ de illo pleniꝰ dicemus.

Capitulum. xxxvj.

Ecula. celidros et cenchrus. Iſido.
c Cecula dicta ẽ eo ꝙ pua ſit ꝛ non hꝫ
oculos. Celidros ſerpẽs eſt q̃ ꝛ cher
ſidros q̃ ꝛ in terris et in aquis morat. Nam

cerſi greci dicūt terrā ydros aquā. Hic terraꝫ ꝑ quā gradit̄ fumare facit. quā macer ſic deſcribit. ſeu terga expirant ſpumātia virus ſeu terra fumat. q̄ tether labit̄ anguis. Et Lucanus Tractiqꝫ via fumare chelidri: ſemꝑ āt direct⁹ ambulat. nam ſi torſerit ſe dū currit ſtatim crepat. Solin⁹ Calabria chelidris frequētiſſima boum quoqꝫ gignit. yſidorus. Chenchris ſerpens inflexuoſius eſt: q̄ ſemꝑ rectū efficit iter. De quo Lucanus. Et ſemꝑ recto lapſurus limite chenchris.



Capitulum. xxxvij.

c

Eraſtes. Ex li. de na. re. Ceraſtes eſt ſerpens octo cornua in capite habēs: ex q̄bꝫ fieri ſolent manubria cultelloꝝ ad mēſas imꝑatoꝝ. q̄ ſudore produnt venenū appoſitū. Solin⁹. Ceraſtes dict⁹ eſt eo ꝙ habeat cornua arietum ſimilia. Ceraſti eñ greci cornua vocant. ſunt aūt hinc quadrigemina cornicula. quoꝝ oſtētatione velut eſca illiciēs ſolicita aīalia ꝑimit. Totū eñ corpus arenis tegit. nec vllū indiciū ſibi p̄bet niſi ex illa parte q̄ inuitatas aues vel aīalia capit. eſt autem flexuoſus pl⁹ q̄ȝ alij ſerpētes: ita vt ſpinam nō habere videat̄. ¶ Auicen̄. Cornuta eſt genus ſerpentū ſurdoꝝ. cui⁹ lōgitudo eſt ab vno cubito vſqꝫ ad duos. ⁊ ſuꝑ caput eius ſunt due eminentie: q̄ſi duo cornua. Color corꝑis ei⁹ eſt cinericius: ⁊ venter eius ſicut ſquame ſicce dure que ſtrident ſuper terram cum ſtrepitu. Dētes eius ſunt equales non recurui. plurimum

manſio eius eſt in locis arenoſis. In locis quidem morſus eius ſentiuntur quaſi acus aut claui infixi in eis. Et dixerunt ꝙ continuatur eius corpori grauitas maxima. et eius labia inflant̄ ⁊ accidunt ei vertigo ⁊ tenebroſitas oculoꝝ ⁊ deſtruitur ratio

Operationes.

¶ Cure autem eius appropriatur. vt ſemen raphani cum vino in potu detur. A

Capitulum. xxxviij.

c

Ephos ⁊ centrocota. Plin̄. li. viij. Cephos ethiopia mittit: quoꝝ pedes poſteriores humanis pedibꝫ ⁊ cruribus ſunt ſimiles. Hoc animal roma poſtea nō vidit niſi ludis pompeij. Solin⁹. Tempore dictatoris ceſaris monſtra rome viſa ſunt que cephos dicunt̄. Hoꝝ poſteriores pedes crure ac veſtigio humanos mentiūtur arcus priores hominū man⁹. ¶ Phiſio. Centrocota eſt que beſtias vniuerſas p̄cedit huius corpus azini: pectus ⁊ crura leonis ſimilitudinem habent. oris hiatum vſqꝫ ad aures vaſtum. imitat̄ aūt hominis vocem. Plini⁹ li. viij. Crocutas ethiopia inter alia monſtra generat. velut ex cane lupoqꝫ conceptos omnia dentibus frangentes protinuſqꝫ deuorata ventre ꝯficientes. Idem in eodem. Hyene coitu leena ethiopica parit crocutam hominū pecorumqꝫ voces imitantē

C

Acies ei perpetua in vtraqꝫ oris parte nullis gingiuis ꝯtinuo denteqꝫ ne occurſu contrario haberetur capſarū modo includit. Solinus. Crocuta nūqꝫ aciem orbiū cōmouet ſed in obtutum ſine interactione intendit. in ore gingiua nulla: dens vnus atqꝫ perpetuus.



Capitulum. xxxix.

c Irogrillus. Rudolph⁹ ſup Leuiticū Cirogrillus eſt aīal ſpinoſuꝫ ⁊ hericio ſimile. Actor. Alibi legit ꝙ maius ſit hericio: ſpinoſum tamen. Unde patet ꝙ quidā falſo dixerūt: hūc eſſe cuniculū. Alibi ꝗꝫ legit ꝙ cirogrillus ipſe ſit hericius vel herinacius. animal videlicet porcelli formā habens: ſꝫ ſpinoſum. de quo plenius dicet inferi⁹. Unde in pſalmo. xxxiij. vbi legitur in noſtra tranſlatione. petra refugiū herinacijs. alia tranſlatio habet cirogrillis. Gloſa ſup ꝑuerbia Salomonis. In prouerbijs quoqꝫ vbi iuxta tranſlationem noſtram legit. Lepuſculus plebis inualida. ꝗ collocat in petra cubile ſuum. Alij pro lepuſculo habent cirogrillum. Et eſt aīal non minus hericio ſimile muri ⁊ vrſo. cuius in paleſtina magna eſt copia In foueis ⁊ in petrarꝫ cauernis. Hinc et in pſalterio vbi dicim⁹: Petra refugiū herinacijs. Alij ponūt leporibus. Alij cirogrillis. Sed quidam hic pro lepuſculo hericium habent. Hieronimus eīm verbum hebreum ſapham interpretatur. ⁊ cirogrilluꝫ et hericium et leporem. Item ſuper Leuiticū Cirogrillum animal debile quidem: ſed rapax et mortiferum eſſe dicunt.



Capitulum. xl.

c Icade. Uincentius in ſpeculo naturali viceſimo primo. Cicade vermes ſunt quorū genera ſunt duo. Quedam paruis locuſtis ſimiles ſunt. et he domos inhabitant. eaqꝫ loca que magis calida ſunt. vbi ſcilicet ignium feruor eſt. Aliud vero genus acrūm colore papilionibus ſimile. fertur etiam ꝙ earum genus eſt qđ nos ceruos volantes dicimus. et hos experimentator ſupra crabrones vocat. Cicade habent in pectore quoddam aculeatum. linguis ſimile: quo rorem lambunt. Ipſum vero pect⁹ fiſtuloſū habent: ex hoc dulciter canunt. Mares quidem canunt: femine ſilent ſupine coeunt. Oua candida ſed corrupta. In terra feture locū excauant: ibiqꝫ prolem faciunt. Ambroſius. In exiguo cicadarūm gutture dulcis eſt cantilena. quarum cantibus eſtu medio rumpuntur arbuſta. eo ꝙ magis canore meridianis caloribus quo puriorem aerem ſpiritu attrahunt: eo cantus clariores reddūt. ¶ Yſidorus. Cicade ex cuculorum ſputo naſcūtur. hee in ytalia apud regmos mure ſunt nec vlqꝫ alibi. Nam alibi dulciter canunt. quarum cantibus medio eſtu arbuſta rumpūtur. ¶ Plinius libro vndecimo. Cicade non naſcuntur in raritate arborum. nec in frigidis aut vmbroſis nemoribus. pennarum illis natura que apibus: ſed ꝑ corpore amplior ⁊c.

Capitulum.xlj.

c

Jrotrochea. Albert⁹ in li. de na. aīaliū inq̇t. Cirotrochea beſtia ē q̄ rechiona voces hominū imitať oclos nūq̄ȝ claudit. Jn oꝛe nullā habens gingiuā ſed dentē habet. os vnum continuū verecundať capſulis. Tante eſt virtutis vt oīa moꝛ ꝯtinuat. et de upo ꝛ cane generare dicitur.

l

Capitulum.xlij

c

Ritetus. Alb. in li. de na. aīaliū. Critetus aīal eſt paruulum in terra habitans capite vario: doꝛſo rubeo: ventre candente. pilum adeo tenaciter pelli habens infixum. ꝙ citius pars pellis de carne recedat q̄ȝ pilus poſſit euelli de antro. etiam non extrahiť de facili niſi aqua feruenti. vel alia in antrum infuſa. Et in hoc conuenit cum cuniculo: q̇a habet pilum fere ſicut cuniculus. et nō habet aures. ſed vias auditus ſicut auis. Solinus. Critetus eſt aīal qđ nos hameſter vulgo vocamus. ꝛ eſt aīal moꝛdax valde ꝛ iracundum.

Capitulum.xliij.

c

Oluber. yſidoꝛus. Coluber ab eo dictus eſt ꝙ colat vmbꝛas. vel ꝙ in lubꝛicos tractus. flexibus ſinuoſis labatur. Nam lubꝛicum dicitur quicq̇d labitur dū tenetur vt piſcis ſerpens. Ambꝛoſi⁹. Coluber autem ceruum fugit. leonem interficit. Phiſiologus. Colubꝛi pellis q̄ exuitur in oleo decocta mire auriū doloꝛē mitigat. Actoꝛ: patet de colubꝛo verum eſſe in ſpeciali: qđ ſup̄ dictū eſt de genere ſerpentū. videlicet ꝙ exuuijs ſuis depoſitis ꝑ foꝛamen petre tranſiens ſenectutē ſuam deponit: ſed ṗus ieiunando carnes ſuas ſubtiliat. vt eideȝ tranſitui abilioꝛ fiat. Eſt autem longus vt anguilla toꝛtuoſe incedens et ſibilans. Tranſeuntibꝰ inſidiatur. ꝛ moꝛdens lingūa venenum infundit. Unde ſcriptum eſt Fiat dan coluber in via. Et alibi. Qui diſſipat ſepem moꝛdebit eum coluber.

Operationes.

A ¶ Plini⁹ li.xxx.dicit: ꝙ contra rubeta venena auxiliaſ coluber viuens in aqua.
B ¶ Huius adipem aut fel ſecum habent.qui cocodrillos venantur: coſqꝫ mire his adiuuari teſtantur ydris a grecis vocatur coluber vi-uens in aqua.
C ¶ Dyaſcorides. Tunica colubri in vino cocta dolori medetur dentium. Eſt etiam oculorum adiutorium.

Capitulum.xliiij.

c Cocodrillus.yſidorus li.xij. Coco-drillus animal eſt quadrupes ī ter-ra et in aquis valens. longitudine fere viginti cubitoꝝ: dentiū ⁊ vngui-um in inanitate amarū.tanta eſt ei duricia cu-tis vt ꝗuis fortiū lapidū ictus in tergo recipi-at: nihil omino curat.nocte in aquis: die inter-ra quieſcit. Oua in terra fouet q̄ ouis anſeris ſunt maiora.maſculus ⁊ femina vices ſeruant hic quidam piſces ſerratam criſtam habentes tamen ventris deſiccantes interimunt. Et di-citur ꝙ ſolus inter animalia ſuperiorem man-dibulam mouet. Plinius libro.viij.cap.xxvi. Cocodrillus eſt aīal nilum inhabitans lingue vſu inter anīalia terreſtria caret.ſola ſuperiori mandibula exiſtenti mobili morſum imprimit venenoſum. Dētes habet horribiles admodū pectinis ſiue ſerre. ⁊ cubitos admodum apri. Nullū aūt animal ex tam parua origine cre-ſcit in tam magnuꝫ animal ſicut cocodrillus. animal eſt valde guloſum ⁊ multum comedit. Unde quando eſt ſatur iacet iuxta littus mo-tans pre repletione.ſuperuenit autē auis mo-dica que dicitur apud eos Cuſphillos. apud ytalos autem dicitur auium rex: ⁊ volat ante os eius: quam aliquotiens a ſe repellens.tan-dem fauces aperit aui ⁊ eam intrare permittit. et hec auicula cum leuiter vnguibus ſcalpit et ei facit quendam pruritum: in cuius dulcedine delectatus ſtatim obdormit. Auicula aūt cum ſentit eum dormire ſtatim illabitur in ei⁹ ven-trem ⁊ quaſi telum ſtatim eum perforat et cor-rodit. In ventre enim valde mollis eſt: ⁊ ideo a piſcibus ſpinas ⁊ criſtas pinnulas in dorſo habentibus de facili ſuperatur. Subdit Pli-nius. Hec belua inſequitur fugientes ⁊ eis eſt terribilis.ſed fugax eſt contra ſerpentes.hebetes autem habet oculos quādiu eſt in aqua.ſed ex-tra aquaꝫ nimis acute videt. In hieme ꝑ quat-tuor menſes ſe abſcondit.ſed in vere exit. ⁊ ꝗ-diu viuit ſemper creſcit. Item Plinius libro octauo. capitulo viceſimoſexto. Cocodrillus ſi quendam inuenit hominem circa littus in-terficit eum ſi poteſt.et preterea plorat ſup eum et poſtea deuorat ipſum. Item herbas liben-ter comedit inter quas enidros ſerpens par-uulus qui ei inimicatur caute ſe inuoluit. et dum cocodrillus herbas carpit ſerpentē tranſ-glutit.qui intrans in ventrem eius omnia in-teriora carpit: et ſic interimit eum et occidit: et ſic illeſus exit. Item Plinius libro duodecimo dicit. ꝙ idē vermis inſidiatur cocodrillo quā-do dormit.et tunc inuoluit ſe in luto et intrat per dentes eius. Solinus. Inſidiatur qui-buſdam paruis auibus que generantur inter herbas nili que euolant propter calorem ſolis et intrant ventrem cocodrilli.et comedūt ver-mes ventris eius: et ſic purificatur belua a vermibus. Habet autem corium valde durum quod vix gladio perforatur. Habitat in aqua tam de die ꝗ de nocte.quia aqua calidior eſt de nocte ꝗ de die.retinet enim radios ſolis: et ibi agitantur: ⁊ ſic fit calida ipſa aqua. et non habet linguam prominentem ad vociferandū ſed habet paruam linguam in parte inferiori ſicut habent piſces ad guſtum. vt dicit idem. Solinus et etiam Areſtotiles et Auicenna hoc idem volunt.

Operationes.

¶ Plinius libro.viij.dicit. ꝙ de fimo cocodril-li fit vnguentum vnde facies mulieruꝫ ſophi-ſticantur. vt ſenes ⁊ rugoſe iuuencule per tem-pus videntur ꝗdiu viuunt. A

Capitulum.xlv.

Uniculus.yſidorus. Cuniculi ſunt
c genus agreſtium animaliū:ſic dicti
quaſi caniculi:eoꝙ canum indagatio
ne capiantur:vel a ſpeluncis excludant. Pli
nius libro octauo. Leporum genera ſunt qͦs
hiſpani cuniculos appellant. Uarro ⁊ autor.
Eſt a cuniculis ſuffoſum in hiſpania opidum
cuniculi fecunditate is innumere ſunt.fameqꝫ
balearum inſulis populatis meſſibus afferūt.
certumqꝫ eſt ballearicos aduerſus eorum pro
uentum auxiliū militate a diuo auguſto p̄iſſe.
Ex libro de naturis rerum. Cuniculus eſt be
ſtia lepore minor:colore et forma prope tamē
ſimilis hec ī antroſa habitacula terram fodiēs
nocte vineta frugeſqꝫ depaſcit. mane vero an
trum ingrediens os eius equat terre puluere
per intrinſecus. ne ſuperuenientes homines
per diem eius habitaculum deprehendāt. vbi
cūqꝫ habitant cuniculi multiplicantur nimis:
quia ſepius in anno pariunt. Cunqꝫ aliqui ex
eis aliquid illic aduerſi ſenſerint animal fugi
unt.nec mori ceteri ſocioꝝ iniuria dedignari:
locum cum illis dimittunt. Hi auerſis poſte
rioribus coeunt. quoniam illis auerſum eſt mē
brum genitale.

Operationes.

A ¶ Yſaac. Cuniculus vim habet diſſoluentem
proprie etiam ſtomachum confortat. ventrem
diſſoluit.

B ¶ Urinam p̄uocat. Utilius quoqꝫ eis qui ele
phantico morbo apparati ſunt.

Capitulum.xlvi.

Amma. Albertus in libro de natu
d ris animaliū. Damma beſtia eſt mag
nitudinis capre.figure et pili ſicut ca
nis:cornua habens non ſquamoſa. ſed plana
longa et acuta. Eſt autem curſu velox. vite pro
uida. Hec beſtia in arabica vocatur adgazel.
cuius caro frigida eſt et ſicca.

Operationes.

¶ Idem Albertus. Stercus huius animalis A
creſcere facit capillos et meliorat eos prepara
tum in oleo.

¶ Dicit etiam ꝙ ſi cū eo vngatur virga virilis B
⁊ ſic coeat cum vxore ſua ſemp̄ diliget eum. Si
cum lingua deſiccata ſuffumigetur guttur in
quo eſt ſanguiſuga cadet.

¶ Calcaneus combuſtus impletus in conca C
uum fiſtule curat eam.

¶ Dicit etiam ꝙ ſi fel huius animalis ⁊ ſemen D
teſticuloꝝ vulpis ⁊ piper ⁊ ſemen eruce de quo
libet equale acceptum ad pondus aurei ⁊ mel
lis vncias duas. ⁊ fiat ex eo electuarium ⁊ ipm
teneat in lana quando mulier cum viro cōcu
bit concipit maſculum.

¶ Et nota ſi fel ex femina concipit feminam: E
ſi ex maſculo concipit maſculum.

Capitulum.xlvii.

Capitulum.xlvij.

d Amula. Bartholomeus in libro de proprietatibus rerum. Damula ſiue dama: ſicut ait Papias: caprea eſt agreſtis. ¶ yſidoꝛꝰ libro duodecimo Damula eſt vocata: eo ꝙ de manu effugiat: timidum enim eſt animal ⁊ imbelle ac imbecille. vnde neſcit ſe defendere niſi fugiendo. Habent eñ pro armis abilitatem membroꝝ: et ad fugam leuitatem. ¶ Unde dicit Marcianus. Dente tuetur aper: defendunt cornua ceruuꝫ. Imbelles tamen quidem niſi preda ſumus. montuoſa loca ⁊ venenoſa. diligit gramina medicinalia et aromatica. comedit ramuſculoꝝ tirſos: ⁊ extremitates carpit: quando eſt vulnerata dragonteam comedit. et ſic de corpore telum trahit.

Operationes.

A ¶ yſidorus libro q̇nto. Sanguis eius eſt medicinalis ſ̃m Plinium libro viceſimo ſexto. Neruos enim contractos remollit: ⁊ articulorum dolorem ſoluit: venenum diſcutit et expellit.

B ¶ Damulam odiunt ſerpentes ⁊ fugiunt: ⁊ eiꝰ anhelitum ſuſtinere non poſſunt.

Capitulum.xlviij.

d Raco. Phiſiologꝰ. Draco ſup om̃es ſerpẽtes maximꝰ: ⁊ ſup om̃ia terre animantia. Qui q̃nq ſup aerem fertur ipſum cõcitando ac vehementer impellendo. ¶ yſidoꝛꝰ. Draco maior eſt cũctoꝝ animantiũ ſup terrã. Hunc Greci dracontam vocant. Eſt aũt criſtatus ore paruo: ⁊ artis fiſtulis: ꝑ quas ſpiritũ trahit ⁊ linguã exerit. Gignitur autem in Ethiopia ⁊ in India. ¶ Ex li. de na. rerum Draconis manſio frequenter eſt in ſpeluncis ꝓpter eſtũ naturalem ſui corpꝛis ⁊ ꝓpter accidentalem ſolis. q̇ maximus eſt in partibꝫ orientis. Raro eñ inuenitur hoc animal niſi in calidioribꝫ partibꝫ orbis. Itaq libenter etiam in rupe lapidea ſpelũcam ſortitur. Circa turrim Babel. ⁊ in deſertis illiꝰ antique Babilonis ac ruinis eiꝰ maximi dracones habitare dicunt. quoꝝ vox a crugitꝰ homines terret. Ad vigintiquinq cubitos ⁊ amplius creſcens ſepius eualeſcit. Ad ſeniũ autẽ ⁊ debitã magnitudinem veniens ſine cibo tempe multo viuit. At vbi comederit nõ de facili ſatiat. In abiſſis terre (ſicut dicit Auguſtinus) aliq̃ñ draco moratur. Et cum in aere ſentit humiditatẽ egreditur ⁊ ſup aera fertur. magnis alarum remigũs aerem concitans ⁊ impellens. Alis quidem pellicea volubilitate extantibꝫ: ⁊ ſ̃m corpꝛis ſui magnitudinem late diffuſis: vbicũq moratur aerem inficit. ¶ Pliniꝰ libro. xxvi. India dracones habet ⁊ elephantes perpetua diſcordia bellãtes: tante magnitudinis vt facili circumplexu elephantes ambiant: noxioq nodo perſtringant. ¶ Ambroſius. Draco elephantẽ li-

gat: cuius ruina mors victoris eſt. ⁊ inde ſūme in vtrūq; certaẜ. Ille vt pedē alliget: in q̄ caſus victi ſibi nocere nō poſſit. ¶ Plini⁹ li. x. Aquile q̄z ſatis eſt pugna cū dracone: multoq; magẜ anceps etiā ſi ī aere. Ariſtoteles. Vultur etiā ⁊ draco p̄liantur: q̄ȝ comedunt aīalia. Yſidor⁹ Draco vim in cauda nō in dentib⁹ habet. ⁊ verbere potius q̄z ictu nocet. Ariſtoteles in libro de aīalib⁹. Eſt in terra ethiopie draco ex q̄ tyr⁹ generaẜ: ⁊ ex illo enthichon accipiẜ. Cōtra qd̄ nō eſt remediū. Omniūq; aīaliū venenū habentiū morſus eſt valde malus. maximeq; ſi ſe comedāt ad inuicem. ſic comedit draco ſcorpionem. ¶ Item de ꝓprietatib⁹ elementoꝝ. In diebus Philippi regis via in monte armenie fuit. de qua rex interrogauit Cur ſup illam nullus tranſiret q̄n mortuus caderet? ¶ Socrates ḡ ſpeculū de calibe ꝯtra illū poſuit: in quo duos dracones magnos vidit: q̄ aperuerūt os ſuum ⁊ egrediebatur corrumpens aerem fumus ex orificijs eoꝝ. Rex ſ̄o p̄cepit ad montē illū exiri ⁊ ipſos interfici: ſicq; ſaluatus eſt locus ille. ¶ Narrat Petrus damianus de quodā agricola: q̄ quadam die valde mane ſurrexit: et vidit draconem enormis magnitudinis: lignuȝ putauit. Feſſuſq; ſup eū vt requieſceret: ſeditq; mox indignata beſtia deglutiuit.

Operationes

A ¶ Solinus. Draconū ex cerebris excidiẜ: dracontias lapis: ſed lapis nō eſt niſi detrahaẜ viuentib⁹. Nam ſi obeat prius cū anima ſimul euaneſcit duricies ſoluta.

B ¶ Phiſiologus. Graminib⁹ quidem medicatis dracones dormire coguntur. ſicq; lapis acquiritur. cuius vſu reges orientales precipue gloriantur.

C ¶ Draconem adipū fugiunt venenata: ne ipſe draco habet venena.

D ¶ Draconis capite proſperam et fortunatam domū promittunt facere.

E ¶ Ex lib. de na. reꝝ. Lingua eius ⁊ fel in vino decocta remedio ſunt his qui vexanẜ ab incubis: eoꝝ corpib⁹ ex hoc inunctis.

F ¶ Draconis caro vitrei colorẜ eſt: ac veſcentes illa refrigerat. Hinc eſt ꝙ ethiopes in feruida plaga manētes draconis carne libēter veſcunẜ adeo q̄z auaricie ſitẜ in immēſum creuit: vt inſtitores q̄buſdā carminib⁹ draconē ad tp̄s māſuetū reddāt: eiuſq; tergo inſidētes: freno ip̄m regāt vſq; dū in ethiopiā ꝑueniant

G ¶ Actor. Sanguinem draconis quo phiſici vtuntur in medicinis aiunt gummi cuiuſdam arboris ſic dictum ꝓpter ſanguinis ſimilitudinem vere draconis.

Capitulum. xlix.

D Raconcopedes. Ex li. d̄ na. re. Dracon copedes ſerpētes ſunt magni ⁊ potētes Facies virgineas habētes hūanis ſilēs. in draconū corp⁹ deſinētes. Credibile eſt hui⁹ generẜ illū fuiſſe ꝑ quē diabol⁹ Euam decepit: q̄ȝ (ſicut dicit Beda) virgineū vultū habuit. Huic etiā dyabol⁹ ſe ꝯiungēs vel applicans vt conſimili forma mulierē alliceret: faciē ei tm̄ oſtēdit ⁊ reliquā ꝑtem corpis arboꝝ frondib⁹ occultauit. ¶ Auguſtin⁹ ſup Gen̄. Diciẜ aūt ſerpēs ille callidiſſim⁹ fuiſſe. Vel ſm̄ alios ſapientiſſimus. Nō ꝓprie ſic̄ in bono ſolet accipi ſapiā dei: vel angeli: vel aīe rōnalis. ſȝ tranſlatiue. ſic̄ apes vel formicas dicimus ſapiētes: ꝓpter opa ſapiētiā imitantia: q̄uis ſerpens nō aīa rōnali: ſed ſpū dyabolico q̄ plenus erat poſſit ſapientiſſimus dici. Mali em̄ angeli q̄uis ſupbia deiecti: natura tn̄ excellētiores ſunt omnib⁹ beſtijs ꝓpter eminentiā rōnis. Serpens em̄ nō intelligebat verba: nec rōnalis eſt facta. Q̄ enim verbis magoꝝ vel incantatoꝝ ſerpentes trahūtur de latebris dyabolica eſt vis. Q̄d ꝑmittiẜ ad memoriā illius ꝑmi facti. vt ſciaẜ: quia cum h̄ genere familiariter ſit ei locutus. Eſt autem ille ſerpens ſicut aſina Balaā: ſed h̄ fuit dyabolicū: illud angelicū. Boni em̄ ⁊ mali angeli ſimiliter operantur.

Capitulum. l.

d Axus. Alb. ı̄ li. de na. aı̄aliū. Dax⁹ aı̄al ē pı̄gue valđ ꝛ latū ı̄ dorſo. breuıbꝫ cruribꝫ multū mordax. pilo pl⁹ albo ꝙ̄ nigro. ſꝫ ı̄ dorſo pı̄les hꝫ nigros. ꝛ ı̄ lateribꝫ pı̄les albos. ꝛ caput ı̄ medio nigꝝ. ꝛ ı̄ lateribꝫ hꝫ albū. ꝛ qn̄ ē domeſti cū mltū ē luſiuū. dicūt crura ſiniſtri lateꝛ bre uiora eē ꝙ̄ dexteri. ꝛ ħ ego nō dephēdi cū tn̄ ſe pi⁹ ħ aı̄al ꝯſideraui. Et durū hꝫ pilū. ꝛ ē ſpiſſe pellis. ꝛ ē ad ꝗ̄ntıtatē vulpis. Et eſt duoꝝ ge neꝝ. Dr̄ aūt daxus canin⁹ q̇ ı̄ mlta findit pedē ſic̄ canis. ꝛ dr̄ dax⁹ porcin⁹ q̇ in duo findit vn gulā ſic̄ porc⁹. dr̄ ꝙ ſcrabronibꝫ ꝛ alijs ꝟmibꝫ vi uit: q꞉ nō eſt velox ad venandū.

☞ Operationes.

A ¶ Idē Albr⁹. Axungia ei⁹ valet ad renū dolo res: ꝛ ad multa alia q̄ cauſa breuitatꝭ dimitto.

B ¶ Dicūt etiā aliq̄ ꝙ morſus aliqn̄ hꝫ venenoſos

Capitulum. lj.

ypſa. yſid. Dypſa eſt gen⁹ aſpidis. q̄ꝛ
d latine ſitula dr̄. q꞉ quē mordꝫ moꝛderit ſiti
perit. Tante aūt exiguitatis eſſe fertur vt dum calcat̄ nō videat̄. de quo poeta. Signi ferū iuuenē tyrrenis ſanguinis aulum. Tor ta caput retro dypſas calcata momordit. Uix color aut ſenſus dentiſꝙ fuit. Andromachus Dypſa cū aliquē pungit inflāmat̄ in eo calidi ditas valde ſuperflua. Indeq꞉ accidit ei vehe mens ſitis ꝛ aduſtio inflāmata. nec bibere ceſ ſat aquā donec corpus eius ſcindit̄. ꝛ ſic morit̄ Auiceñ. Serpentis facientis ſitim ſ̄m q̄ſdā longitudo eſt palmi vnius. ꝛ ſup corpus eius ſunt veſtigia nigra plurima. Caput ei⁹ eſt par uum: et collum groſſum. a quo incipit creatu ra eius vſq꞉ ad caudam ſubtilem.

Operationes.

¶ Auicenna. Ut euacuatur aqua ꝓpter ſitim A
ex morſu iſtius ſerpentis. Huius regimen poſt communia regiminū eſt indeſinenter eum fa cere bibere oleum plurimum et euomere. dein de cliſteriſare cum his que educunt feces ꝛ hu miditates.

Capitulum. lij.

Romeda ꝛ Dammula: yſidoꝝ. Dro
d meda genus eſt camelorum minoris
quidem ſtature: ſed velocioris. vnde et nomen habet. Nam dromos grece curſus

miliaria vno die pgere ſolet. qđ ſcʒ aĩal ſıc̃ bos ⁊ ouis ⁊ camel⁹ ruminat. Dãmula. yſi. Dãmula vocata eſt eo ꝙ de manu effugiat. timidũ aĩal ⁊ imbelle. Vñđ Marcialis. Dente timet aper: defendũt cornua ceruũ. Et imbelles dãme quid niſi preda ſumus. Gloſa ſup Paral᷑. Dãmula eſt aĩal mundũ: velox: pſpicax. Vñđ ſcꝓtum eſt. Eruere. quaſi damula de manu. ⁊c̃. ¶ Plini⁹. Damme raro manſueſcũt. cũ fere dici iure nõ poſſint. Cũ plura nãqȝ ſunt nec placida. nec fera. ſʒ medie inter vtrũqȝ nature. vt in volucrib⁊ yrundines. apes in campo. in mari delphini. Idem in libro vndecimo. Natura dedit cornua dammis.

Operationes.

A ¶ Auiceñ. Dãmule caro more emplaſtri ponit
B ſup dolores iũcturaꝝ. ¶ Eadeʒ cũ vino miſcet
C ⁊ bibit ꝓpter epilentiã vel ſoda. ¶ Itẽ exiccata
D cũ vino ĩ potu accepta ꝯfert venenis. ¶ Haly.
Virga dãmuli ſiccata trita ⁊ bibita: morſui ſerpentũ pdeſt. Idẽ facit ⁊ ṽga cerui.

Capitulum. liii.

b Vran. Ex li. de na. re. Duran (vt dicit Areſto.) eſt aĩal velox atqȝ fortiſſimum qđ a venatorib⁊ inſecutũ cũ euadendi deſperatione frangi ceperit aſtucia naturali ſtercus intorquet ꝯtra canes inſequentes ſe. eoſqȝ retardat putride digeſtionis odore. ¶ Actor forcaſſis etiã hoc noĩe videlicet duran vocat beſtia. que ſuperi⁹ iuxta eundẽ Areſtotilẽ bonnacon eſt appellata. et ipſa eſt (vt videt) ſilueſtris vacca. de qua dicit Areſtotiles ꝙ habʒ cornua cõtra ſe inuicem inclinantia. Et ideo natura dedit ei aliud iuuamentum. videlicet eiectionem ſtercoris in remotum. vt ab ipſo venatorẽ detineat: ne ad eam ꝓpe accedat. Hoc idem vult Albertus in libro de naturis animalium.

Capitulum. liiii.

c Quus. In libro de naturis rerum Equi vniuerſis fere partibus orbis generantur. ſʒ illi precipui qui in ſcithia ⁊ capadocia. hij ad ſonitum buccine gaudent. ⁊ cõgreſſionib⁊ gloriantur. In equis precipue ⁊ omĩ genere iumentorum aures indicia animi ꝓferũt. In colorib⁊ equoꝝ niger eſt optimus. ruffuſqȝ vel glauc⁹: albus etiã plerũqȝ bonus. Ceteri vero deteriores iudicant. Areſtotiles. Equus ⁊ equa plus diligunt coitũ qȝ animalia cetera. preter hominem. Equa quoqȝ furit concupiſcentia coitus olofaciendo ſe inuicem ore ad os ꝯcupiſcentiã prouocant. Maſculus ſupra matrem ſuam non ſalit. Unde equus aliquando matrem ſuppoſitam agnoſcens ſubito fugit ſeqȝ precipitauit. Coit autẽ equus duum vel triũ annorum: ſed debile generat. Fortis aũt eſt a quattuor annis vſqȝ ad. xx. et fortis eſt quouſqȝ generat. Tota vita ſua coit. ⁊ vſqȝ ad annos. xxx vel vſqȝ ad. xxxv. viuit. Equa vero vſqȝ ad. xl. Equus cum equa coit. coit etiaʒ impregnata.

Nullaqꝫ femina poſt impregnationez recipit coitū. niſi mulier ⁊ equa. Et eſt equoꝝ coitꝰ iuuenū ante tempꝰ determinatū ſi bonū habuerint cibū. Nō eſt ledens coitus equoꝝ ſicut coitꝰ tauroꝝ. Partus equarū melior eſt q̃ omniūz alioꝝ quadrupedū. Apparetqꝫ ꝑcipue in equabus ⁊ vaccis menſtruum. Idem Ariſtoteles. Equus oculos habet diuerſi coloris vnius ab altero. Nec eſt oculoꝝ varietas ſicut in hoībꝫ ⁊ equis. Contra naturā etiā omniū aīaliūz eſt ꝙ cū ſeneſcit equus dentes eius albeſcūt. Itez equꝰ felle caret. In corde equi ⁊ vacce ſunt oſſa Ibis auis eſt que odit equum. et vocem eius imitando ſtupefacit ipſum: ac fugere cogit. et forte interficit.

Operationes.

A ¶ Dyaſcorides. Equoꝝ ſanguis medicaminibus cauſticis admiſcetur.

B ¶ Lac equinū ventrē mollit ⁊ hoīez turbat.

C ¶ Fimus caballinus crudus ⁊ combuſtꝰ ſanguinem abſtinet pꝛefluentem.

D ¶ Haly. Coagulū eq̄ ſolutiōi cronice ꝓdeſt: ⁊ inteſtinoꝝ vlceribꝫ. Fimus equoꝝ ſi vaporet mulieri ſecundinā fetūqꝫ mortuū educit.

E ¶ Euſculapius. Eque lac bibitum matricꝫ laborem ſedat. et caducos eijcit.

F ¶ Caſeus eius ventrem reprimit: ⁊ torſiones tollit coagulum eius cum vino propinatū omnes dolores ſedat.

G ¶ Stercus equi ſiccū aſperſuz ſanguinē ſiſtit auribꝫ inſtillatū dolorem tollit.

H ¶ Auicenna in ſecūdo canone. Sanguis equi aduſtiuus eſt putrefactiuus. totiuſqꝫ debilis digeſtionis: ꝑcipue qui groſſus eſt.

I ¶ Lac equarū ſicut ⁊ lac camelarū partui vicinarū ſubtile eſt: aquoſum: ⁊ ventrē lenit. coagulum equi conueniens fluxui antiquo ⁊ vlceribus viſcerum ac fluxui.

K ¶ Coriū pulli equi ſi aduratur ⁊ liniatur ex eo cum aqua ſup bothor infrigidat eas.

L ¶ Dicitur quoqꝫ ꝙ additiones illi que ſunt in genu equi trite ⁊ bibite cum aceto ſanant ſodam ⁊ epilentiam. Stercus etiam equi facit operationes ſtercoris azini.

M ¶ Pliniꝰ li. xxviij. Sanguis equoꝝ ⁊ equaruz ꝑter q̃ virginū vim habet ſtipticam: erodit: vlcerat: carne ac fimo equi in agro paſti vtuntur ad plagas.

N ¶ Item fauilla fimi equini inueterati partum mortuum eijcit.

Capitulum. lv.

ELephas. Areſto. Elephas eſt animal manſuetuz qꝺ cito domeſticatꝰ. ⁊ obedientior atqꝫ diſciplinantior eſt oībꝫ animalibꝫ. vnde inſtruitur etiam adorare regē ⁊ in hoc oībꝫ melior eſt animalibus. Ex lib. de naturis rerū. Elephanti (teſte Caſſiodoro) omniū quadrupedum ſuperant intellectum. Unde nō dubitat elephas primo aſpectu adorare: quem cunctorum intelligit rectorez eſſe. Cui ſi tyrannus apparet: inflexus permanet farinam ſimilem minutiſſimo pulueri ꝑmixtam: ſepat optime. ita ꝙ farinā in paſſum colligens nihil admittit de puluere. leſi vero dicūtur offenſam ſeruare. longoqꝫ tempe poſt iniurie vindictam reddere. Auicenna. Iuuātur homines in pugna ⁊ elephantum femina ſicut maſculus. ſed corpora feminarū minora ſunt q̃ marium ⁊ cum hoc etiam audacie ſunt minoris. Elephas autem tante fortitudinis eſt: vt cum ſuis culmis proſternat magnos parietes. ⁊ cum ſua fronte magnas arbores. Ex lib. de na. rerum. Elephanti concupiſcentiam fetus in ſe nō habent. Sed tempore quo volūt filios procreare. vadunt ad orientem. vſqꝫ in proximum paradiſi vbi inueniant mandragoram. de cuius fructu prior guſtat femina. deinde maſculus eius ſuaſione. et tunc conueniūt: et concipit femina. Tempore vero partus ingreditur aquam vſqꝫ ad vbera. ⁊ ibi parit ſuper aquam: propter draconem qui inſidiatur ei. Et ſi extra aquam pareret: fetum eius deuoraret. Maſculus quoqꝫ non recedit ab ea dū parit: propter ſerpentem: qui inimicus eſt

eſt ſicut draco. Nã huiꝰ aĩalis oſſa ꝛ pellis in q̃cũq; loco inceſa fuerit ſtatim odoꝛ eoꝝ ſerpentes fugat. ꝛ q̃dlibet venenoſũ non accedit. ¶ yſid. Biẽnio autẽ fetus poꝛtãt nec ampliꝰ q̃ ſemel gignũt. nec plures ſ; vnũ tm̃. Uiuũt ãt annis tricentiſ. ¶ Areſto. Elephas coit ĩ agreſti loco maxĩe ꝓpe fluuios. femina ſedet: mas equitat ſup illã. Femina poſt annũ decimũ vſq; ad q̃n decim coit. Mas ãt poſt q̃nquenniũ. ꝛ hoc in vere. Unicũ filiũ gignit ſicut equꝰ ꝛ camelus. Femina ꝑ duos annos impregnat̃. Impregnata q̃; a maſculo nõ tangit̃ om̃ino. ꝛ poſt partũ ceſſat triennio. ¶ Ex li. de na. re. Elephanti cadentes ſurgere nõ poſſunt. q̃m oſſa ſolida ſine iũcturis habent. Unde et crura tibiaſq; flectere nõ valent: niſi in iuuentute. Crura vero equalia h; in groſſitudine inſtar ſtipitũ ab ymo pedis vſq; ad vẽtrẽ. Pedes vero rotũdi ad inſtar pomi ¶ Pliniꝰ. Elephãto duriſſimũ tergus eſt dorſi Uentres molli. Interius ſimile eſt interioꝛi poꝛci. ac ꝑ ↄſequens interioꝛi hoĩs. Elephanti naſus lõgꝰ. ¶ Actoꝛ. Elephas in tibijs iũcturas nõ h;: ꝛ doꝛmiẽtes elephanti nũq̃ recumbũt: ſ; cũ laboꝛe defatigati ſunt arboꝛib; magnis applicati ſe recreant ꝛ in ipis ſuffulti doꝛmiũt. Quo coꝝ venatoꝛes attẽdentes: locũ ꝛ arboꝛes notãt: eaſq; pene ſuccidũt. ſicq; capiunt̃.

Operationes

A ¶ yſidoꝛus. Elephanti ſanguis et maxĩe maſculi fluxus reumatis ſiſtit. Fumo quoq; qui fit ex vngula ꝛ pilis elephantis aĩaliũ quelib; venenata fugantur.

B ¶ Platea riꝰ. Elephas h; oſſa quedã ſolida vt dẽtes: ꝛ hec nõ cõburunt̃ ſed ad diuerſa officia reſeruant̃. Quedã vero ſunt medullã habentia et hec cõbuſta dicunt̃ ſpodiũ. Eſt ãt ſpodium frigidũ in. iij. g̃du: ſiccũ in. ij.

C ¶ Sophiſticat̃ aũt q̃nq; ex oſſib; canis combuſtis. q̃nq; ex marmoꝛe cõbuſto. ſed id eſt minus ponderoſum. vñ illud eligendũ eſt qđ eſt ſubalbidũ. ꝛ valde leue ꝛ ↄtinuum

D ¶ In ſyrupis ponit̃ ad infrigidandum. Puluis eiꝰ cũ ſucco plãtaginis datus valet ad diſſintheriã ꝛ emoptoicã paſſionem.

E ¶ Auicenna. Adeps elephantis cũ ex eo fit linimentũ: fugat venenoſa. Fumus eiꝰ ſuppoſitiuus ꝓhibet impregnationem.

F ¶ Fimus elephantis ſi vapoꝛetur eo venter febrem patientis ꝓdeſt. Sed ſi cum lana ſubmittatur mulieri: nõ concipit.

Capitulum. lvj.

e Achires. Ex li. de na. re. Enchires eſt aĩal in oꝛiẽte tauro ſilẽ: ſ; hñs longos crines ad ſcapulas deſcẽdentes ſicut equꝰ. Coꝛnua vero recuruata: ꝛ ad pugnandum abilia. Caudãq; breuẽ reſpectu coꝛꝑis. Coriũ valde durũ. huiꝰ etiã caro dulciſſima eſt. Cum venatoꝛes fugiẽs debilitatũ fuerit pugnat: et in pugna ſtercus eijcit ꝑ q̃ttuoꝛ paſſus: cauſa timoꝛis. eſt eñ aĩal multi ſtercoꝛis. Deinde cũ appꝛopinquat ei tẽpꝰ partus multa eiꝰ dẽgeneris aĩalia circa ipaʒ adunant̃: ꝛ egerentes aggregant ſtercoꝛa ad inſtar muri in circuitu eiꝰ Actoꝛ. Uidetur autem enchires eadẽ eſſe beſtia que ſuperius dicta vel bonnacon ſm̃ Areſtotilem eſt appellata.

Capitulum.lvij.

Nidros.7enitra.yſid. Enidros eſt beſtiola ex eo nūcupata: q in aquis verſatur: 7 maxime in nilo. Que ſi cocodrillū dormientem inuenerit voluntat ſe pmo in lutū 7 intrat etiā p os ei⁹ in ventrē: 7 carpens oīa intranea ei⁹: ſic vt morit. Hec ychneumon grece vocat. ¶ Ex li. de na. rex. Enitra eſt aīal modicū in Germania. mas 7 femina cumulos in terra faciētes. ɔgerūt cibos in eſtate qbȝ viuāt in hieme. Femina naturaliter ciborū eſt auida. mas ecōtra. ſup modū parcus et auarus. Unde 7 aditum obſtruit ne femīa cibos attingere poſſit. At illa naturaliter calida foramen occultū ex alia parte facit p q̄s furet quod auiditati ſue ſufficiat. Sicq; fit vt maſculus parcus macie tabeſcat. femina ṽo pinguedine rutileſcat.

Capitulum.lviij.

Rinacius et Ermineus. ¶ yſidorus. Erinacius q̄ 7 cirogrillus eſt animal porcelli formā habens. ſed ſpinoſum preterq̄ in ventre. vndiq; ṽo ſpinis ſuis clauditur ꝑpter inſidias 7 difficulter ſe videndum prebet atq; palpandum. ſed quando in aquā calidam mittitur: ſtatim ea delectatus in planam membroꝝ delectionem oſtenſionemq; reſoluit. 7 ſic in offenſe videt atq; palpat. ¶ Hic (vt dicit Areſtotiles) obtuſius audit oīm aīali habente teſtam in capite. Ericius pinguis eſt 7 medicinalis. Solus habet duos anos per q̄s feces emittit. Huius ſpeciei mas 7 femina ſtando coeunt applicati 7 ad inuicē ɔiūncti. et hoc ꝑpter ſpinarū aculeos q̄ in ei⁹ dorſo ſunt. ¶ Ex lib. de na. re. Ermineus eſt beſtiola de genere muſtelarū: ſed forma minor: 7 colore diſſimilis. In hyeme candet inſtar niuis ꝑpter extremitatem caude. Eſtate vero tantū in vētre candet 7 dorſo fuſcus apparet. Mures pſequitur. carnibus veſcitur

Capitulum.lix.

Dus. yſidorus. Edus ab edendo dictus eſt. parui eñi pinguiſſimi ſunt: et ſaporis iocundi vnde 7 edulii vocat. ¶ Palladi⁹ vbi ſup. Edis aūt nutriendis ſup lactis abundantiā edera vel lentiſci cacumīa ſepe pbenda ſunt. ¶ Plini⁹ li. viij. Edi luna decreſcente caſtrandi ſunt ſicut 7 vituli.

Operationes.

¶ Pli. lib. xxviij. Sanguis edi recens cū aceto acri feruēs pot⁹ ſanguis excreatiōes iuuat. A

¶ Eius pulmo ebrietatem arcet. Utuntur et ipſoꝝ pelle ad plagas. B

¶ Feminum edi cinis inteſtina rupta mire ſanare traduntur. C

¶ Auicen. Caro quippe capraꝝ paruarū melior eſt: magiſq; ſuſceptibilis digeſtionis. D

¶ Idem. Caro edina minorum eſt ſuperfluitatum q̄ arietina. E

¶ Haly. Coagulū eduli ɔtra potum cicute pdeſt: eiq; qui fungos comedit. F

Capitulum.lx.

Morrois enidros ⁊ excedra. Jſidorus. Emorrois eſt aſpis ex eo nuncupatus ꝙ ſanguinē ſudet qui ab eo morſus fuerit: ita vt diſſolutis venis quicquid vite eſt ꝑ ſanguinem euocet. Alexāder. Emorrois ergo recte dictus eſt a ſanguine: eo ꝙ ab eo punctus nimium emittit ſanguinem. Unde mulier menſtruata dicitur emorroiſſa. ¶ Enidros. Jſidorus. Enidros eſt coluber in aqua viuens. greci enim aquaꝫ ydor vocant. ſupra capitulo. lviij. de ea tractaui. ¶ Excedra. Jſido. ydra grece dicitur draco multorum capitum: qualis fuit in lernia palude prouincie archadie. Latine vero dicitur excedra: eo ꝙ vno ceſo tria excreſcebant capita. Actor. De hac ergo plenius dicetur in loco congruo ſm ordinem capitalium litteraruꝫ: vbi de ydra tractabitur. De hac eñ Hieronymus in prohemio Eſdre contra detractores ſuos loquens verſum poeticū tractat dicens: Licet excedra ſibilet victorꝗ ſi non incendia iactet: nunꝗ meū iuuante chriſto ſilebit eloquium: et preciſa lingua balbuciet.

Capitulum.lxi.

Angula et eruca. Ex libro de naturis rerum: Engula eſt vermis a re nomen. Habet enim ſemper in ſanguine caput continueꝗ ſugens ita intumeſcit vt medius crepet. Non enim exitum ſuperfluitatis habet. hic a quibuſdam pediculus ſilueſtris dicit̃. Jn iumentis nunꝗ ſed in lupis et canibus frequenter gignitur. ¶ Eruca in libro vt ſupra. Eruca eſt vermis longus multis diſtans pedibus colore varius. Olera ⁊ arborum folia depaſcitur. Jſidorus. Eruca eſt frondiuꝫ vermis in olere vel a pmpino inuoluta: ab erodendo dicta. De qua meminit Plautus. Jmitatus nequam beſtiam maleficam inuolutam in pampino frondem et florem erodunt. hoc malum oritur tempore humido ⁊ lento.

Operationes

¶ Palla. libro ſecundo. Contra erucas ſemina que ſpargenda ſunt ſemper viue ſucco vel erucarum madefaciunt ſanguine. Aliqui vero cinerem de fico ſup erucas ſpargūt. Nonnulli ſquillam in horto ſerunt. Uel aliqui etiam mulierem menſtruatam nudis pedib⁹ cōtra erucas circuire faciunt. A

Capitulum.lxij.

Alena ⁊ fiber. Iſidorus. Falena eſt animal quod naturali quodam indignatiõe ſuperbiam in homine deteſtatur. Itaqꝫ ſi cõgrediendi occaſionez acceperit: pugne cõſtanter inſiſtit: victorqꝫ ſuperbie inclementer nititur hominem decerpere Solinus. Fiber per vniuerſum pontũ plurimus: quem caſtorem aliqui dicunt. luthere ſimilis: eſt animal morſu potentiſſimuz adeo vt cum hominem inuaſerit: conuentum dentium nõ prius laxat: ꝗ̃ oſſa fracta cõcrepuiſſe perſenſerit. Plinius libro. xxxi. Fibris victus eſt in terris. Caſtores teſtes eorum dicuntur: quos ab ipſis amputare fertur cum capiuntur. Seſtius medicine diligentiſſim⁹ illos eſſe paruos: ſubſtrictos ⁊ adherentes ſpine dicit: nec adimi ſine animalis vita poſſe aſſerit. ¶ Item Operationes etiam ſuperius ſub nomine caſtoris ſunt dicta.

Capitulum.lxiij.



Ormica. Actor. Formica eſt anĩal paruum ſolicitũ prouidum et ſagax. Terrã de cauernis egerit: arto calle incedit: grano paſcit. Iſidorus. Formica dicta eſt ab eo ꝙ forat micas farris. Ex lib. de naturis rerũ. Formica eſt animal mire prudentie ſibi. Hec ſola inter anĩalia ſenio fortificatur ⁊ creſcit. Formice labores communicant vt apes: ſed apes cibos faciũt: hec vero condũt. Efferunt etiã mortuos ſuos atqꝫ ſepeliũt: et he ſole inter omnia anĩalia faciũt Item formica frumenti granũ eligit. ⁊ ſi cõpleta in foſſa ſua fuerit: illud exponit vt ſiccetur. ſicqꝫ iterũ reponit ipm vſqꝫ ad temp⁹. vt autem granuz conſeruet abſqꝫ germine: fertur ipm in tres partes diuidere. Ariſtotiles. Formica eſt animal anuloſum ſine alis et ſine ſanguine. Et eſt ex animalibꝫ que cum ſocijs ſuis manent: ⁊ ex his que habitacula habẽt: ſicut mures ⁊ talpe. Formica ſicut ⁊ muſca coit in hyeme ſi conueniens aer fuerit. et ventus meridionalis flauerit.

Operationes

¶ Areſtotiles. Si quis acceperit ſulphur et origanũ agreſte: ⁊ puluerizauerit ſup manſiones formicarum: dimittunt illas ⁊ fugient. A

¶ Similiter etiã fugiũt a fumo ſtoracis ſicci. B ¶ Raſi ĩ almanſore. Formice ex alchitran C ⁊ ex ſulphure ⁊ ex aſa fetida fugantur. D ¶ Et ſi ex iſtis mittatur aliquid in earum foraminibus: morient porro ſi ex eo circa foramẽ epithima fiat nõ exibunt. ¶ Ex libro de naturis E rerꝝ. Domus formicarꝝ ex ſulphure ⁊ origa-

no agreſti fumigata: formicas effugere cogit ab illa.

Capitulum.lxiiij.

f ormice maiores. Solin⁹. Formice dicunt̄ eſſe in ethiopia ad formā maximi canis: q̄ arenas aureas pedib⁹ quos leoninos habent eruūt: ac ne quis auferat cuſtodiunt. Ex libro de naturis rerum: In india ſunt formice circa montes aureos vulpib⁹ maiores: fortes ac ſeue nimis: pedes quattuor habentes: ⁊ in pedib⁹ habatos vngues. Tante vero fortitudinis ſūt: vt viſos homines diſcerpant. Beſtias autem de facili non ledunt: ſatis conſcie: q̄ aurū illud q̄d ipſe cuſtodiunt inuitis non auferant. Ad plectendum ergo temeritatē auaricie illic adeo collocate ſunt beſtie. De his formicis meminit Johānes de Manda villa: q̄ in nonnullis montibus indie morantur formice in quantitate noſtrorum catellorum que effodiunt purificant ⁊ colligunt cum intenta occupatione: auri minutias eas ponunt: ⁊ reponunt de cauernis in cauernas: ⁊ conſeruando aurum ſunt ita diligentes ⁊ acres vt nemo hominū de facili appropinquare audeat niſi interdum illis pauſantib⁹ ⁊ ab eſtu ſe occultantib⁹ aliqui non tamen ſine periculo in dromedarijs rapiunt vel furantur. ingenioſe etiam ſuper equam que nuper fetum edidit imponunt ciſtellas ligneas ſeu cophinos nouos vacuos: a laterib⁹ apertos dependētes prope terrā. Hanc equā famelicam ad montes huiuſmodi dimittunt vt ſe herbis paſcat quam formice videntes ſolā: ſaliētes ⁊ iocantes colludunt ad cophinorū nouitatem. Et quoniā eis eſt naturale vt circa ſe om̄e vacuum implere conentur cōportant certatim aurum in predictas ciſtellas: cū homines a remotis tempus obſeruauerint emittunt pullum eque vt videat matrē cui⁹ aſpectu iam diu ſteterit priuatus: ⁊ ad hinnitū pulli ꝓtinus equa reuertit̄ onuſta auro. Hoc ⁊ ſimile ingenio aurū a formicis eripitur.



Capitulum.lxv.

f urus ⁊ Furunculus. Iſidorus. Furo a furno dict⁹ eſt. Vn̄ ⁊ fur. Tenebroſos enim et occultos cuniculos effodit: ⁊ eijcit predam quam inuenerit. Ariſtotiles. Furonū femine ſunt obedientes ad coitum. valde clamantq̄ mares ad coitū tēpore luxurie. nec coeunt mares cū femia retro: ſed mas eleuatur: ⁊ femina equatur ſubiacendo. Furunculus. Ex libro de natur̄ rerum: Furunculus putorie valde conſimilis eſt: paulo amplior q̄ muſtela. Inter album ⁊ buxeum colorem habet: ⁊ eſt anial animoſum ac ferox. Coire dicunt̄ ꝓſtrati. femina ſimarem non habet. quando luxuria ſtimulat̄: tumeſcit ⁊ moritur. Partu quidem fecunda eſt. vt pute ſeptē vel octo fetus ſimul edens: portat in vtero quadraginta diebus. Et cū nati fuerint catuli ceci ſunt diebus.xxx. A tempore vero quo videre incipiunt vſq̄ ad quadraginta dies venari incipiunt.

Capitulum.lxvi.

Ala ꝛ genetha. Iſido. Gala eſt
aīal multe audacie cū ſerpētibꝫ
g pugnans. mures enī libēter co
medit Et ipm genꝰ ſerpētiū car
nibꝫ muriū viuit. iō q̄ſi cibi ſui
emulos ſerpentes ꝑſequit̄: ꝛ cū
eos deuictos comederit mox rutā q̄ ſerpen
tibꝫ aduerſa eſt ꝯmedit. Hoc aīal ad ſeptētri
onalē ꝑtē ingreſſus foueaꝝ ſuaꝝ facit: vt vē
to ſibi ꝯrio nō fatiget̄. Genetha. Iſi. Gene-
tha eſt beſtia paulo maioꝛ vulpecula: coloꝛeꝫ
hn̄s īter croceū ꝛ nigꝝ. maculas interduꝫ ni
gras oꝛdinate ī pelle diſpoſitas hꝫ. mn̄ſueta
ſatꝫ ē beſtia niſi fuerit iniuria laceſſita: nec ad
ardua ꝯſcēdit: ſꝫ in hūilibꝫ locis ꝛ ſuꝑ riuos
aquaꝝ deambulat: ibiq̄ꝫ cibum querit.

Capitulum. lxvij.

Amaleon. Iſidorꝰ. Gamaleon ſiue
g cameleon eſt aīal quadrupes habēs
faciem q̄ſi lacerte: caudā ꝓlixā ꝛ toꝛ
tuoſam: coꝛpꝰ aſpeꝝ: cutē q̄lis eſt in cocodril
lis. ꝓfert aūt ex cute q̄ſi lanā q̄ndā: de q̄ ꝫone
cōtexte cōburi nō pn̄t. Eſt aūt aīal pigrū in-
ceſſu: ſed victoꝛē ſuum interfectꝰ perimit Nā
cum ales ex eo comederit: illico moꝛietur.
Hoc idem aīal d̄r ꝛ ſalamandra grece: ꝛ etiā
(vt quidam) volunt ſtellio latine: ſed foꝛtaſſe
diuerſe ſunt ſpecies ꝯ̄uis eiuſdem generis
ſicut capꝛe ꝛ capꝛee ꝛ rubꝛicapꝛe. vnde idem
Iſidoꝛus Gamaleonem ponit in genere be-
ſtiarum ſalamandrā ac ſtellionē tanq̄ꝫ diuer-
ſas ſpecies in genere lacertoꝝ. Plinius aūt
dicit ſtelliones hr̄e quodāmodo naturaꝫ ca
maleonū. De his ergo plenius dicetur infra
vbi agetur de ſalamandra.

Capitulum. lxviij.

Arelle. Sera. li. aggre. ca. miſch. Di
g xit: Habonhaſen ex v̄bo albulbua-
ſim almaſcadi in li. auri ꝛ minerarū ꝛ
margaritaꝝ. terre in quibꝫ ſunt gazelle muſ-
ci. ꝛ ſunt regiones tumbaſi et ſeni ſunt terre
confines. Veruꝫ muſcus regionis tumbaſi
eſt melioꝛ muſco ſeni duabꝫ de cauſis. Una
eſt qꝛ gazelle de tumbaſi comedūt ſpicānar
di: ꝛ alias ſpecies odoꝛiferas. gazelle v̄o de
ſeni comedunt alias herbas ab iſtis. Et non
differūt gazelle iſte ab aliis in figura ꝛ colo-
re ꝛ coꝛpoꝛibus. cognoſcūtur tamen in den-

tibus caninis ca𝔭:q2 quelibet ex iſtis hꝫ duos caninos dentes egredientes ab oꝛe ipſiꝰ ſicut egrediunt̃ ab oꝛe poꝛcoꝝ. Itē cū natura gazelle expellit curſum ſanguis ad folliculū illū vel chiſtim: ⁊ cōplet̃ eſſe ſanguis ī eo nocet illi aīali.⁊ tūc venit ad ſaxa: vel ad aliq̇d ex lapidibꝫ ca. caliditate ſolis: ⁊ fricat ſe multū cū delectatiōe magne: donec vulnerat̃ cutis in loco illo ⁊ emanat qđ ꝯtinet̃ ſup lapides quēadmodū emanat ad apoſtemata aliqua qn̄ aperit̃.⁊ ſentit tūc illud aīal in exitu eius delectationē magnā.⁊ illud ſic euacuatū dicit̃ muſcꝰ. Egrediunt̃ ergo homies qui nouerūt loca vbi paſcūt gazelle: ⁊ ꝑuenientes ad ſaxa illa ⁊ lapides: inueniūt ſanguinē illius q̇ deſiccatus eſt ſup lapidem ſiue ſaxa ⁊ colligunt eū ⁊ ponūt in folliculis q̄s habēt ex gazellis q̄s ipi venati ſūt ⁊ ſeruant apud ſe: ⁊ hmōi eſt ille muſcus quo vtunt̃ reges: ⁊ qui donatur ꝓ dono magno.

Operationes

A ¶Muſcus enī foꝛtificat coꝛ ⁊ oīa interioꝛa mēbꝛa: qn̄ bibit̃ aut ponit̃ exteriꝰ in emplaſtris: ⁊ abſtergit albuginē ſubtilē ⁊ deſiccat

B eius humiditatē ⁊ calefacit cerebrū. ¶Unde coꝛroboꝛat mēbꝛa ſua amaricitate. ¶Et

C cōfert ſode antique q̄ eſt ab humiditatibꝫ et coꝛroboꝛat cerebrū. ¶Et ſi accipiatur de eo

D parū: ⁊ reſoluat̃ cū oleo de Kerui ⁊ liniatur cū eo virga iuuat ad coitū. ¶Et eſt in eo hu-

E miditas quedā ꝑ quā excitat coitū ¶Auicē.

F de viribꝫ coꝛdis ait: q ꝯfoꝛtat coꝛ. Infra ca. c. muſquelibet pleniꝰ tractet̃ de muſco.

Capitulum. lxix.

Landoſa ⁊ Snatrix. Cōſtantinus.

G Blandoſa ſerpens eſt: cuiꝰ moꝛſus ē putridꝰ: ⁊ de q̇ peſſimꝰ odoꝛ eminꝰ egredit̃. Dicūt aūt q̇dā q pedes ſup illā incedentes excoꝛiant̃: ⁊ apoſtema in crure patitur. Illius q̄ꝫ q̇ ei medet̃ manꝰ excoꝛiantur Qui vero hunc ſerpentē occiderit: odoꝛ eiꝰ putridus fit: ⁊ omnē niſi ſoliꝰ huiꝰ fetoꝛis ꝑdit: huiꝰ moꝛſus ſignificatio eſt: q in illo loco ſubſequit̃ apoſtema cū ruboꝛe: veſica illa membꝛa circundat. aliqn̄ ſūmatim currit ſanguis quaſi aqua: doloꝛem quoq̨ patit̃ in oꝛe ſtomachi. Snatrix. Iſidoꝛus. Snatrix ē ſerpens aquā veneno inficiēs. In quocūq̨ enī fonte fuerit eū veneno immiſcet. De quo Lucanꝰ. Eſt gnatrix violatoꝛ aque.



Capitulum. lxx.

Rillus ⁊ Gurgulio. Iſidoꝛus. Grillus a ſono vocis nomen habet. hic

G retro ambulat: terram terebꝛat: ſtridet noctibus: venatur eum foꝛmica circūligata capillo in cauernam eius coniecta: efflato prius puluere ne ſe abſcondat.⁊ ita foꝛmice cōplexibus trahitur.

Operationes

¶Plinius libꝛo viceſimonono. Grillsu pꝛodeſt pꝛurulentis auribus cum terra ſua effoſſus. magnā huic animali ꝓhibet nigidiuſ auctoꝛitatem magi quoq̨ maioꝛē. Auricule parotide ꝓſunt grilli ſiue illiti ſiue ad alligati. A

¶Idē libꝛo triceſimo. Strumis quoq̨ ſuſ- B

deret illinire grillum cum terra ſua effoſſum.
C ¶ Porro ꝯ calculos ⁊ alias difficultates ve-
ſice ꝓdeſt grillū aqua calida dilutū ſumere: p̄
terea grilloꝝ crematoꝝ fauilla ex oleo ꝑdu-
D cit ad cicatricem vlcera. ¶ Haly lib. regalis
diſpoſitio. locuſte longe. i. grilli: ſi collo ſuſpē
E dantur quartanā patienti ꝓdeſt. ¶ Petr⁹ co-
meſtor. Gurgulio vermis eſt q̄ naſcit̃ in cor-
ruptione fabarū ſicut tinea ex corruptione
oleꝝ: teredines ex corruptiōe lignoꝝ. Iſido.
Gurgulio dr̄ q᷑ pene nihil ē aliud niſi guttur

Capitulum. lxxi.

Erici⁹. Areſto. Herici⁹ ē aīal
ſpinoſum: cui⁹ ſenſus apparet
b multotiēs ꝯ vētos ſeptētriona
les et meridionales. foramina
nāqꜫ facit ī terra ecōtra in op-
poſito. Pli. li. viij. Hui⁹ cute veſtes expoli-
unt̃. Iſi. Herici⁹ ē aīal ſpinoſuꝫ coop̄tū qđ in
de noīat̃: q᷑ ſubrigit ſe qn̄ ſpinis ſuis claudit̃
q̄b⁹ vndiqꜫ ꝓtectus eſt ꝯ inſidias. Nā ſtatim
vt aliq̄d ꝑſenſerit ꝓmū ſe ſubrigit. ⁊ in globū
cōuerſus: in ſua ſe arma recolligit. ⁊ ita ſpi-
noſo defendit̃ regimīe: vt nec ꝯtingi q̄dē poſ
ſit. Iorath. Hericius cū ſpinis dorſi colligit
fruct⁹. Si q̄d aūt ex hui⁹ cibo ceciderit: reſi
duū a ſe totū reijcit ac reuertit̃ vt ſpinas ſu-
as repleat. Hunc aūt lupus timet ac fugit.

Operationes

A ¶ Auicēna. Herici⁹ ali⁹ eſt terren⁹ hn̄s ſpi-
nas ſagittales. Ali⁹ marinus: ⁊ ē ſpecies pi-
ſciſ. De q̄ infra tractatu de piſcib⁹ habetur.

Utriuſqꜫ cineris ſunt abſterſio ⁊ reſolutio: ⁊
acuitas ⁊ exiccatio. ¶ Adeps hericij prohi- B
bet effuſiones ad viſcera ſil̄r ⁊ ei⁹ epar. ¶ Ex C
libro de naturis reꝝ. Carnes hericij vim ha
bent deſiccatiuā ⁊ diſſolutiuā. ꝓpterea ſtoma-
chum cōfortant. Uentrem ſoluunt. Urinaꝫ
prouocant. Utiles ſunt his qui ad lepram ⁊
elephantiam diſpoſiti ſunt.

Capitulum. lxxij.

yena. Hieronym⁹ ꝯtra Iouinianū
b inquit. Hyena eſſe aīal magnitudine
lupi. In cui⁹ collo ſunt pili ſicut col
lo equoꝝ. Pilos habet duros vel fortes ſuꝑ
oīa ſpondilia. Paſtores ⁊ canes ſingultādo
quaſi eſſet canis deludit: ⁊ ſic pecora come-
dit. Ipos etiā hoīes ⁊ canes deludens dep̄-
dat̃: ⁊ ſepulturas cauat: qn̄ talem carnem co
medere deſiderat. Ex libro de naturis reꝝ.
Hyena duas habet naturas: maris ſcꝫ et fe-
mine. Colorē cum voluerit variat: ⁊ in ſepul
chris mortuoꝝ ſemꝑ habitat: gemmā portat
in oculis. vel (vt aliq̄ dicunt) in fronte.

Operationes

¶ Hieronymus vt ſupra. Hyene fel: oculoꝝ A
claritateꝫ reſtituit. ¶ Stercus eius putrida B
curat vulnera. ¶ Plinius libro. xxviij. Cutē C
quoqꜫ capitis hyene. dicunt capitis dolori
alligatam prodeſſe. ¶ Sic ⁊ caligines diſcu- D
tit: ⁊ in claritatem ſuffuſiones excitari mul-
taqꜫ alia huiuſmodi.

Capitulum. lxxiij.

G
H

I

K

b Iſtrix.Hiero.ↄ̄ Iouinianū.Hiſtrix in ethiopia frequētiſſime herinacio ſilis ē: ſpinis tergū hiſpida.Ex li.de na.re.Hiſtrix ē beſtia q̄ vulgo porcꝰ ſpinoſuſ dr̄.circa marina habitat: ꝛ ī cauernis mōtiū. nōnunq̄ꝫ qn̄ ſcꝫ iuxta marina refugiū nō hꝫ. In terra ꝛ aq̄ potēter valet.Ira eiꝰ ad vindictā citiſſima ē.Vn̄ plerūq̄ꝫ iacul' e tergo ſponte laxatſ:canes vel hoīes vulnerat p̄rimantes.Areſto.aīal qđ dr̄ porcꝰ ſpinoſꝰ:loco piloꝝ ſūt ſpine corij ſui ꝛ coo p̄iunt ipm̄ vt pili. Sūt etiā illi ſic arma:qbꝫ ipm̄ q̄rentē depheēdere torquet.Idē.Hiſtrix ē aīal ſpino tergū hiſpidū.Quos plerūq̄ꝫ laxatas emittit iaculatiōe volūtaria:vt aſſiduis aculeoꝝ nimbis alias iaculis canes vulneret ingruentes.

De Animalibus

Capitulum.lxxiiij.

b Ircus.Ex li.de na.re.Capꝛe mas.i. hircus:eſt aīal aīoſuꝫ ac bellicoſuꝫ ꝛ robuſtū.In fronte aūt ꝛ coꝛnibꝫ eſt illi maxia fortitudo.Iſido.Hircꝰ ē laſciuum aīal ꝛ ſp̄ feruens ad coitū cuiꝰ oculi ob libidinē in trāſuerſum aſpiciūt:vnde ꝛ nomē traxit.Nā hirci ſm̄ ſue coitū ſunt oculoꝝ anguli.Huiꝰ natura adeo calidiſſima eſt:vt adamantem lapidem quē nec igni nec ferri materia domare valet.ſolus huiꝰ cruoꝛ diſſoluat. Maioꝛes hirci cūſij dicunt̄.a fluuio cū ſe in lybia vbi grādes naſcunt̄.Actoꝛ.Eſt et iam hircꝰ aīal fetidū (vt dicit Iſaac) ſi ſumat̄ in cibū peioꝛē ſanguinē generat q̄ꝫ capꝛa.

Operationes

¶ Pli.li.xxviij.Hircino ſanguini tanta vis eſt vt ferramētoꝝ ſubtilitas nō aliter acuat̄ aut induret̄ aut ſcabꝛicia poliat̄ vehemētius q̄ꝫ q̄ꝫ lima.¶ Aui.Hircina caro mala eſt abſolute: ꝛ facit euenire fe.q̄rta.¶ Sanguis apoſtemata ca.cito maturat: ꝛ adminiſtrat̄ pꝰ cōgelationē.¶ Idē potatꝰ frāgit lapidē renuꝫ. Frixꝰ aūt ꝛ cū vino bibitꝰ armene ſagitte nocumēto ꝯfert.¶ Hircinꝰ adeps vehementioris eſt reſolutiōis q̄ꝫ ceteri.¶ Fel hircinū carnē malā eradicat. Fel hirci ſilueſtris ē tiriaca moꝛſibꝫ venenoſis.¶ Iſaac in dietſ.Sanguis cal'.hirci punctus vt dicit D yaſ.araneas ꝛ mala vulnera cōpeſcit.¶ Plinius libro vbi' ſupꝛa.Sanguis capꝛinus cum medulla ydropicis auxiliatur.Efficacius autē ſi hircus lentiſco paſcatur.

(Margin letters beside the Operationes paragraph: A B C D E F G H)

Capitulum.lxxv.

yunulus. Bartholomeus de ꝓprie-
b ratibꝫ rerũ. Hynnulus cerui eſt filiuſ:
ab hynnendo eſt dictus. Iſidorus li
bro duodecimo. Hynnulus anĩal quidẽ eſt
debile ⁊ imbelle ſicut damula: et eſt acutiſſi-
mi viſus ⁊ velocis curſus. mr̃ aũt ei⁹ ipm in
ſpecubus ⁊ antris ⁊ locis vmbroſis abſcon
dit: ⁊ illum vltra ſpineta ⁊ tubera ſaltare in-
ſtruit. Carnes habent teneras ⁊ digeſtibiles
ꝓpter motus frequentiã. Et ſi fuerit caſtrat⁹
anteq̃ creſcant eius cornua. caro eius meli-
or ⁊ temperatior in ſiccitate ⁊ calore. Et ſi fu
erit caſtratus anteq̃ cornua habuerit: nun-
q̃ ei vlteri⁹ creſcent. Et ſi poſt nunq̃ ea ab-
ijciet nec mutabit. Areſtotiles libro octauo
Hynnuli ſerpentibus contrariantur miro
modo.

Operationes

A ¶ Plinius. Qui fuerit inunctus eius ſepo
vel ſanguine a ſerpente illo die nõ tangit.
B ¶ Et eius coagulum eſt ſummũ remedium
in venenis: vt dicit Plinius libro. xxxviij.
capitulo nono.

Capitulum.lxxvj.

Aculus ⁊ Ipnalis. Iſidorus.
Iaculus ẽ ſerpens volans. De
i quo Lucanus. Iaculiq̃ volu-
cres. Exiliunt enim in arbori-
bus: ⁊ dũ aliquod animal ob-
uium fuerit iactant ſe ſuper illud ⁊ perimunt:
vnde ⁊ iaculi dicti ſunt. Iorath. Iaculus ſer
pens volatilis: animal quodcunq̃ occurrit
ei dum volet interficit. Et eſt alius quo ſine
ſenſu doloris animal moritur. Alius qui ſi
quem tetigerit dolore diurno fatigabitur: et
poſtea moritur. Ex libro de na. re. Iacul⁹ eſt
ſerpens qui volans alis arbores ſubit ⁊ i eis
deliteſcit. E quibꝫ vi maxime turbinatus: pe
netrat animal quodcũq̃ obuium inuenerit.
¶ Ipnalis. Iſidorus. Ipnalis eſt ſerpens ab
aſpide gen⁹ trahens q̃ ſomno q̃s mordet in-
terimit. Ueneno enĩ immittit ſomnũ: q̃ nullo
impulſu deſerit infectum. Hunc oleo patra
ſiniſtro brachio ſuo appoſuit iuxta ſuum an
thonium ſe collocans: vt ei⁹ attactu dormi-
ret: ⁊ vitam quieta morte finiret.



Capitulum.lxxvij.

Cinus ⁊ inachlin. Iſidorus. Icinus
l eſt animal terreſtre quod vulgus vo
cat. a quo ericinus marin⁹ nomẽ tra
xit. Actor. De icino marino q̃ eſt echin⁹ ap-
pellatus: de q̃ infra in tractatu de piſcibꝫ di-
cetur. Icinus autẽ terrenus ſimiliter pluri-
bus appellatur nominibꝫ: ſcilicet echin⁹: eri
cius: ⁊ herinaci⁹. Que. ſ. nomina quandoq̃
ſcribuntur cum aſpiratione: quandoq̃ ſine il
la. ⁊ ideo de hoc animali dictũ ẽ ſupra. ¶ Pli
nius libro octauo. In achlin i ſcadinania fe
runt nullo ſuffragiuũ flexũ. Ideo nõ cuban-
tem: ſed arbori in ſomno eccliuẽ: eaq̃ inciſa
ad inſidias capi: alias eſt velocitatis memo
rate. labrum ei ſuperius eſt pregnande. Et

ob id retrograditur in paſcendo ne in priora tendens inuoluatur.

Operationes

A ¶Dyaſcorides. Echini terre corium combu
ſtum: ⁊ pice liquida cõmixtum alopitijs me-
B detur. ¶Carnes eius cũ oximelle bibite ne-
C freticis ſingulare eſt preſidiũ. ¶ypoſarchis
⁊ ydropicis cõtractis ⁊ ſtrumaticis ⁊ coleri
D cis ſiccat intraneorũ reuma. ¶Jecur eius in
teſta ſiccatum in feruenti ſole atqꝫ repoſitum
⁊ inunctum mirifice ſanat iam dicta.



Capitulum.lxxviij.

l Acertus. Jſidorus. Lacertus eſt reptile genus ſic vocatus: eo ꝙ habet brachia: ⁊ quattuor pedibus innititur. Genera vero lacertorũ plura ſũt: vt botracha: ſalamandra: ſaura: ſtellio. Ex libro de naturis rerũ. Lacertam potius vermẽ dicunt ꝙꝫ ſerpentẽ: quia clemẽtius ferit. ſibilat tamẽ vt ſerpens ⁊ caudam habet conſimilem: linguamqꝫ bifidam ⁊ piloſaꝫ. pedibꝫ vero graditur. huic animali nulla eſt memoria: ⁊ ideo non cubat: oblita quidem in quo loco ſit enixa. per ſe erumpunt catuli numero vndeni. Quidam dicũt fetus a matribus deuorari. Lacerte ſunt in India numero pedum. xxiiij. colore fulgenti. Gloſa ſuper Leui. xi. Lacerta immundũ animal ſm legem in ſepulchris habitat: ⁊ inconſtantiam vite ſignat.

Operationes

¶Auicẽna in. ij. canone. Lacerte natura ſtel A
lioni vicina eſt ſed melior. ¶Sanguis eius B
confortat viſum. Stercus eius albugini cõ
fert oculi ⁊ pruritui: ⁊ viſum acuit: colloremqꝫ
bonum efficit. ¶Jdem in. ij. canone. Lacer- C
te caro mortificans eſt. ⁊ ei qui bibit eam ac-
cidit apoſtemata lingue: ⁊ pruritus et dolor
capitis ⁊ aduſtio ⁊ tenobroſitas oculorũ.

Capitulum.lxxix.

l Amia ⁊ lauzanum. Ex libro de naturis rerum. Lamia eſt animal magnũ ⁊ crudeliſſimum: nocte ſiluas exit et hortos intrat: arbores frangit: earumqꝫ ramos diſſipat: ⁊ hoc per brachia fortia nimis ad omnem actum abilia. Cumqꝫ ſuperuenerint homines ad prohibendum: pugnat cum eis ⁊ mordet eos. Hoc autem in eius morſu mirabile eſt (vt Areſtotiles refert) ꝙ homo ſauciatus lamie dentibus nõ ſanatur a morſu donec rugientis beſtie vocẽ audierit. Gloſa ſuper Jſaiam. Lamia pedes habet equinos: cetera vero capris conformia. De qua dicit ꝓpheta: Jbi cubauit lamia ⁊ inuenit ſibi requiẽ. Gloſa ſup Treñ. Lamia dr̃ q̃ſi lania. qr durior ⁊ crudelior ẽ ſuis fetibꝫ ꝙꝫ cetere beſtie. fert̃ enĩ eos laniare ⁊ inde eos lactare. Sicut ſcriptũ eſt: Lamie nudauerũt mãmas. ¶Ex li. de na. re. Lauzanũ ẽ aĩal a cuiꝰ crudelitate nulla beſtia eẽ tuta põt. Nã ⁊ ipa leonẽ omibꝫ formidabileꝫ deterret: ſuo tamẽ

genere parcit. in cetera graſſatur: q̄ reliquas beſtias depꝛedatur. Et cū hoc ſcelus ī alijs perſequatur: pꝛopꝛie tamen iniquitatis non meminit.

Capitulum. lxxx.

l Eo. Iſidorus. Leo vocabulum habet inflexum ex greco. Leo ſiquidē grece rex interpꝛetatur latine: eo q̄ ſitꝰ pꝛinceps omniū beſtiarū. Areſto. Leo eſt anīal audax: forte: largum: nobile: magnanimū. Huiꝰ generis mas habet comas. Leo ē ex anīalibꝫ quadrupedibꝫ: que fiſſa ſunt in extremitatibꝫ. vncos habet vngues ⁊ incuruatos. Mingit ad poſterius: ⁊ in modū canis eleuat crus. Cumqꝫ os ſuum aperit: odoꝛ ab illo exit. Animal eſt multorū digitorū. habet quinqꝫ digitos in pedibꝫ anterioribꝫ: ⁊ q̄ttuor in poſterioribus: vt linx ⁊ canis ⁊ lupus. Ex libro de naturis rerū. Leo fetidus ē maximeqꝫ in oꝛe. doꝛmiens apertos habet oculos. Cum autē doꝛmit in naui: periclitat̄ nauis. Iſidorus. Leonum virtus eſt in pectore firmitas ī capite: animos eorū iudicat frons ⁊ cauda. Areſtotiles. Leo ergo eſt anīal forte. Dentes habens acutos vt ſerram: ⁊ fiſſuram oꝛis terribilē. Oſſaqꝫ duriſſima ac pene omnino nō medullata. Pliniꝰ libꝛo octauo. Vrſo quidē eſt caput inualidiſſimū: qđ econtra leoni eſt foꝛtiſſimū. Phiſiologus. Leo cacumina montiū amat ire. Et cum a venatoribus queritur oꝛdinem eorum ſentit: ſua veſtigia cauda regit: vt ꝑ ea venatores eum inueſtigare nequeant. Ex libꝛo de naturꝭ rerū. Leones adeo ſunt calide nature: vt oī tempoꝛe deſiderent coire. Feminis magna libido coitus: ⁊ ob hoc maribꝫ ira. Hec hꝫ in pectoꝛe duas mām̄illas: in medio ſcꝫ ventris. ⁊ has paruas reſpectu ſui coꝛpis: q2 modici lactis eſt. Solinꝰ. Leones aūt auerſi coeunt. leene pꝛimo fetu q̄nqꝫ catulos parit ⁊ educat. deinde ꝑ ſingulos numero detrahunt annis inſequētibꝫ. ⁊ poſtremo cū ad vnū materna fecunditas redijt: ſterileſcūt in eternū. Phiſiologus. Leonū itaqꝫ fetꝰ ꝓducti vſqꝫ in diē tertiā ſunt moꝛtui. Nā leones quidē calidiſſimi ſunt natura. qđ ꝓbat eorū nobilitas ⁊ foꝛtitudo cū audacia ⁊ iracundia. Fetus aūt humiditatē habent ex generis temperie: q̄ ſiccate cōplexionis ⁊ caliditate viſcoſioꝛ reddit̄: ⁊ maxime circa cerebꝛum dominante ſiccitate: ⁊ ſibi anīali ſpiritu cooperante. vnde cum opitulāt̄ nerui: ſpiritꝰ nō poſſūt ingredi: nec virtutes ad actiones ſuas mouere. Parentibus ergo rugientibꝫ circa fetū ſpinas ꝑ os ⁊ aures ⁊ poꝛos capitis ingrediētes pꝛebent fetui motū. Iſidorus. Leo ⁊ leena cum genuerint catulū tribꝫ diebꝫ ⁊ noctibꝫ doꝛmire fertur. Tunc deinde prīs fremitu vel rugitu velut tremefactꝰ cubilis locus: ſuſcitare dr̄ catulum doꝛmientē. Ioꝛath. Leo minimū ſolicitus de ſe ⁊ catulis ſuis doꝛmit apertis oculis q̄ſi vigilantibꝫ. veſtigiaqꝫ ſua terrā cauda ſpargens operit vſqꝫ ad antrū ſuū. ¶ Raſis in Almanſoꝛe. Leo ꝓ mure fugit. Pꝛo ligno q̄ꝫ quod dicit̄ ſethin timet. Elleboꝛus etiam et ſquilla canes ⁊ leones plurimaſqꝫ beluaſqꝫ interficiunt. Eſculapius in libꝛo de mēbꝛis. Ceterum ſi ſup coꝛtices quercus calcauerit zarun: id eſt leo foꝛmidabit cōtinuo.

Operationes

C ¶ Quidā ob id ſalſas q̄; obſeruāt ⁊ imponūt
ipſis plagis ꝑcipiūt ⁊ cochlee crude carnē tri-
tam bibere ex aqua calida in tuſſi cruenta.



Capitulum. xxiiij.

c O nger Corez: ⁊ Coruus marinꝰ. Ex
li. de na. re. Conger eſt piſcis marinus
vt murena lōgꝰ: ſ; corꝑe multo maior.
Hic vento flante vehemēti impinguat̄. ⁊ eius
carnes dulciſſime ſunt ad edendū. Cū murena
ceteriſq; piſcibꝰ inimicitias h;. ⁊ intantū robu-
ſtus eſt: vt polippū fortitudine dentiū laceret.
Pliniꝰ li. ix. Conger eſt piſcis lōgꝰ vt anguilla
vel murena. flexuoſo in pulſu corꝑis. ita mari
vtens natando. vt ſerpēs terra rependo. Con-
ger ⁊ murena mutuo odio flagrant. caudā in-
ter ſe prerodentes. Congri menſibꝰ hyemis ia-
cent in ſpelūcis conditi. nec capiunt̄ niſi diebꝰ
eſtatis. Pinneq; vice pedū date ſunt piſcibꝰ bi-
ne ſunt oīmino longis vt anguillis ⁊ congris.
Polippū ſua rodere brachia falſa opinio ē. Id
eīn a congris euenit ei. Nam polippū lacerant
congri. Polippū ꝓo locuſta pauet. locuſtā con-
ger. in ſiccum repunt etiam congri.

Operationes.

¶ Eſculapiꝰ. Corez piſcis eſt q̄ tp̄e pluuie in ca- A
uernis occultat ſe. Nam dū pluuia cadit ſuper
eū ⁊ haurit eam: excecat̄ et poſtea moritur.
¶ Iſid. Coruus marinꝰ a cordis voce dictꝰ eſt. B
q; pectore grunnit. ſuaq; voce proditꝰ capitur.
¶ Iorath: piſces q̄ dicunt̄ corui qū pullificant C
voce ſua produnt̄. quia ſemꝑ gemitus vel grun-
nitus proferunt: ⁊ ſic capiuntur.



Capitulum. xxv.

O codrillus. yſidorus. Cocodrillus a
c croceo colore dictus eſt. Gignit̃ in ni-
lo. Et eſt animal quadrupes in terra
⁊ in aquis valens longitudine plerũqꝫ cubi-
torum viginti. dentiũ ⁊ vnguiũ immanitate ar
matũ. tantaqꝫ cutis duricia vt ꝗuis fortiũ icti
bus lapidũ tergo repercuſſus ſit. non ſentiat.
nocte in aquis: die humi quieſcit O ua in terra
fouet. Maſculus ⁊ femina vices ſeruant. hũc
quidam piſcis ſerratam habentes criſtam te-
nera ventrium deſecantes interimũt. Solus
ex animalibꝫ ſuperiorẽ maxillã mouere dicitur
¶ Ex libro de naturis rerũ. Cocodrillꝰ lingua
caret. os patulum et apertum habet: et hiatum
vſqꝫ ad aures. per diem in terra quieſcit adeo
immobiliter: vt niſi ꝯſuetudinem eius precog-
noſcas mortuũ illum credas. Oculis clauſis
dormire ſe ſimilat. ⁊ aues hiatu ſuo pabuli grã
inuitat. quas ad eſcam deſcendentes perimit
⁊ tranſglutit. Quidam hoc animal ſic vſqꝫ
ſemper creſcere crediderunt. Circa nili ripas
habitat in inſula. gens hominũ parua quidẽ:
ſed animoſa. his beluis inimica. Soli enim
innatare flumen audent: in quo cocodrilli ha
bitant. ſaliuntqꝫ ſupra dorſa eorum ⁊ illos in-
quietant. Areſtotiles. Cocodrillus in aqua cõ
uerſatur: non tamen recipit aquam intra ſe ſed
aerem ⁊ parit̃ extra. habet ſanguinem duoſqꝫ
pedes maiores: ⁊ caudam. omniaqꝫ talia ſunt
fiſſipedis multorũqꝫ digitorꝫ. ⁊ participant in-
ſtrumentũ ſenſus in lingua ꝑter cocodrillum.
Hoc etiam animal nõ habet aures ſꝫ forami-
na tm̃: que ſunt vie auditus. nec habet mãmil
las. nec teſticulos. nec virgam apparentem ex-
tra ſed intra. nec habet pilos. ſed per totũ cor-
pus eſt corij ſquamoſi. Habetqꝫ dentes mag-
nos et acutos ⁊ diſtinctos. habet etiã oculos
ſimiles porcorꝫ. et habꝫ culmos. In aqua qui
dem debiliter videt. qꝛ ſpiſſior eſt aere. Maior
eſt eius manſio in die ſuper terram: ⁊ nocte in
aqua. qm̃ aqua calidior eſt de nocte ꝙ aer ex-
tra. Trochillos auis os eius apertum intrat: ⁊
eius dentes mundificat: illorũqꝫ ſordibꝫ ſe ci-
bat. Cocodrillus autẽ in h̃ ſentiens iuuamen
non nocet eis: ſed cũ vult eas extrahere mouet
collũ. nec eas comedit:

Operationes

A ¶ Plinius libro. xxviij. Cocodrillorũ genus
cuius vita eſt in aqua ⁊ in terra cõmunis: den-
tes e maxilla dextra: dextro lacerto adalligati
coitus ſtimulare dicuntur.
B ¶ Lapillos etiã in vẽtre illiꝰ exemptos aduer-
ſus horrores febriũ veniẽtes pellere tradũt.
C ¶ Et ob h̃ egiptij ſuos egros ipiꝰ adipe pungũt

¶ Dyaſcorides. Fimus cocodrilli terreni col D
lectus ⁊ ſuccus adhibitꝰ: gratũ vultũ ac niueũ
facit maxime ſi albus ac lenis fuerit. ⁊ ĩ aqua
miſſus cito ſe ſoluerit
¶ Auicenna in ſecundo libro. Stercus coco E
drilli valet albugini oculi.



Capitulum. xxvj.

Raco marinus. Ex libro de naturis
d rerum. Draco marinus eſt monſtrũ
crudelitate horridum. inſtar draconis
terreſtris in longitudine extenditur. alis caret:
caudam habet tortuoſam. caput ſm̃ magnitu
dinem corporis paruum. ſed hiatum oris horri
dum: ſquãmis et cutem duras pinnam autem
habet pro alis. quibus vtitur in natando vno
impetu magna maris ſpacia tranſcurrit. ⁊ hoc
potius robore virium ꝙ remigijs pinnarum.
Peſtifer eſt hominibꝫ ⁊ etiã piſcibus morſus
eius. Mortem enim infert. ¶ yſidorus. Draco
marinꝰ eſt in branchijs aculeos habet ad cau-
dam ſpectantes. Qui dum percuſſerit quacꝫ
ferit. venenum fundit. vnde ⁊ vocatus eſt.

Operationes.

¶ Plinius libro. ix. Draco marinus captus et A
immiſſus in arenam: cauernam ſibi roſtro mi
ra celeritate excauat.
¶ Idem libro. xxvij. Abſinthium aduerſatur B
draconi marino.
¶ Idẽ libro triceſimo ſcdo. Carnes etiã ſtelle C

maxie valet ꝯ marini draconis ictus impoſite
D ¶ Imponuntur ꝗꝫ ꝯtra eū ſalſamēta ex aceto.
E ¶ Jteꝫ draco marinus ad ſpine ſue qua ferit ve
nenum: ipſe prodeſt impoſitus.
F ¶ Auiceñ.in.iiij.cañ. Morſus draconis mari
ni ſimiliumqꝫ magni corꝑis ſerpentiū curatur
inquantū eſt vlcus tantū nō inquantuꝫ eſt ve-
nenū de quo ſit curandum.
G ¶ Draconis quidem marini morſus (vt dixe-
runt) liniatur cum ſulphure et aceto.
H ¶ Conferunt ei adipes cocodrilli emplaſtratꝰ
ꝛ plumbum fricatum ſuper ipſum.
J ¶ Jdem in ſcdo. Draco marinꝰ vt ait Gal. ſin
dit ꝛ ponit ſuꝑ morſum ſuū ꝛ confert.
K ¶ Sucus etiā abſinthij ꝯfert eius morſui.
L ¶ Stanni quoqꝫ ceruſa: confert ſuꝑ punctu-
ram eius confricata.

Capitulum.xxviij.

Elphin. Actor. Delphinus frater ho
D minis dr. quia moribꝰ humanis ꝗdā-
modo aſſimilat. ¶ Ex li. de na. rerum.
Delphinus ꝓ voce gemitus eſt illis humano
ſimilis. Et hꝫ qꝛ pulmonē habent ꝛ venā aſpe-
ram. ꝛ eoꝝ lingua nō eſt abſoluta. nec eoꝝ la-
bia ꝓueniūt vel prominent ad diſtinguendam
vocem. Aures nō habent: ſꝫ aurium loco fora
men. Hoꝝ aūt olofactus nec veſtigia quidem
habet: cū tñ ſagaciſſime olofaciunt. dormiunt
ſuper aquas vt poſſunt audiri ſtertere. Viuūt
vſqꝫ ad annos. cxl. Mulcentur muſica. vnde
artionem cytariſtam in mari nautis interfice
re parantibꝰ obtinuit ab illis vt prius cytha-
ra caneret. Ad cuius cantum delphinoꝝ gre-
gibus cōgregatis cum in mari ſe proieciſſet ab
vno exceptus eſt ꝛ ad littus proiectus. Solus
delpinus (vt dicit Areſtotiles) inter piſces fel-
le caret. ¶ Areſtotiles. Delphinꝰ valde diligit
filius ſuos. et ideo longo tempore paſcit eos.
Solus inter piſces animal completum gene
rat. ꝛ habet mamillas: lactatqꝫ fetus. Jdem.
Mortuo deniqꝫ delphino: ceteri delphini cō-
currunt: ipſumqꝫ circumdantes in profunda
deferunt atqꝫ ſepeliunt: ne a piſcibus comeda-
tur. ¶ Jtem. Delphini parui ſemper ſimul ſunt
tanqꝫ greges. Et habent duos magnos del-
phinos cuſtodes. ꝙ ſi quis eorum mortuꝰ fue-
rit: alij ſuper ſcapulas eum efferunt: ipſumqꝫ
cuſtodiunt: ne ab alijs piſcibus comedatur. do
nec tempeſtate maris ad littus eijciatur. Jnui
cem enim ſe miro modo diligunt. Unde Pli-
nio teſtante narratur: ꝙ Delphino capto a re-
ge carie. conuenit ingens multitudo reliquorū
ad portum vbi Delphinus ligatus tenebatur:
quibus plangentibus: ꝛ quaſi miſerationem
poſcentibus. rex eum dimitti precepit. ¶ Phi-
ſiologus. Delphini oculos habent in dorſo. et
ora in parte oppoſita. vnde non bene predam
ſuam capiunt propter diſtortionem oris a par-
te oculorum. Hinc eſt ꝙ ora ſua conuertūt ad
celum ꝛ dorſum. aculoſqꝫ ad terram: vt predaꝫ
ſuam conſequantur. Jmminente tempeſtate
ludunt apparentes in vndarum ſuperficie.
Subſidium vero naufragantibus exhibuiſſe
dicuntur. Feruntur etiam plorare quando ca-
piuntur.

Operationes.

¶ Plinius libro. xxxij. Delphini cinis ex aqua A
illitus lichenas ꝛ lepras ſanat. Porro exulce-
rationem ſequi debet curatio: que perducit ad
cicatricem.
¶ Quidam vero Delphinum in fictili donec B
pinguedo ſimilis oleo fluat ponūt. vel coquūt
ac perungunt.
¶ Circumitus autem febrium tollit Delphini C
iecur ante acceſſione inguſtatum.
¶ Adeps delphini liquatus ꝛ cum vino potus D
ydropicis medetur.
¶ Gingiuis aūt atqꝫ dentitionibꝰ plurimū cō- E
fert dentiū. delphini cinis cum melle: ꝛ ſi dente
ipſo tangantur gingiue.
¶ Jdem. Ad alligatus pauores tollit repenti- F
nos.



Capitulum. xxviij.

Entrix ⁊ dies. Ex li. de na. re. Dētrix
d als dentix vel pagrus a re nomē hʒ: qꝛ
dentes hʒ magnos multos ac duros
quibꝫ graſſatur in oſtreas. ⁊ piſces innocuos.
Actoꝛ. Nota g̃ ꝙ dentrix idem eſt qḋ pagrus:
de q̃ etiā loco ſuo dicet̃ inferius. ¶ Ex libꝛo vts.
Dies eſt piſcis marinus. vt dicit Areſto. ſic di
ctus: qꝛ poſt ꝑfectionē ſuā non viuit niſi ꝑ vnā
diem. Habet tamen alas duas ⁊ duos pedes.
⁊ ſanguine caret. Hoc idem dicit albertus in
libꝛo ſuo de naturis animalium.



Capitulum. xxix.

Rachoides. Exochinus. et Ericius.
e Albertꝰ ī li. de na. aīaliū. Erachoides
vt dicit Theofraſtꝰ: piſces ſunt ī pon-
to circa eracham moꝛātes. Hic piſcis multū ſe
quit̃ aquā dulcem. ita ꝙ terrā incidēs de aqua
tranſit ad aquaꝫ. Et aliqñ in cauernis latitat.
vbi amnes ſub terra cōfluere inuenerit. ¶ In
li. vts. Exochinus piſcis eſt archadie. vt dicit
Pliniꝰ. vel potiꝰ aquaticū. ⁊ ꝙ ꝓpter ſomnū de
aqua exijt ad ſiccū nec viuere poteſt ſine ſom-
no. ¶ In eodem li. vts. Ericiꝰ eſt piſcis marꝭ:
habens caput ⁊ os inferius. et exitum ſuper-
fluitatū ſuperius. cōtra alioꝝ diſpoſitionē ani
maliū. ſuis ſpinis vtitur loco peduꝫ. ⁊ ceteris
piſcibꝫ eſt hoꝛroꝛi. Et ſicut dicit Pliniꝰ: habet
carnes rubeas ſicut miniū.

Capitulum. xxx.

Lcus ⁊ Expoſita. Elcus eſt vitulus
e marinꝰ. de q̃ in pꝛehabitis libꝛis mul
ta diximꝰ. Habet aūt pellē piloſaꝫ: al
bis nigriſqꝫ maculis diſtinctā. Hoc aīal parit
in terra: ⁊ lactando mām̄is nutrit vitulos. nec
ante. xij. dies ducit eos ad mare. ⁊ difficulter in-
terficitur. niſi ictus in caput in locū cerebꝛi et
vibꝛet̃. In ſomno ita alte ſtertit ꝙ ſtertio mu-
gitꝰ eſſe videt̃. grauiſſimo em̄ ſomno inter oīa
deꝓmit̃ animalia. vn̄de pinna eius dextra qui
bus ad natandū vtitur dicunt̃ eſſe ſomnifere.
timpani hominis ſupꝛaponāt̃. Huiꝰ animalis
pili in coꝛio excoꝛiato vbicūqꝫ fuerit cōpoſitiōe

ꝛ erectione indicãt fluxũ ꝛ refluxũ maris. Et hoc faciunt coꝛia etiã alioꝝ marinoꝝ q̃ piloſa ſunt. ¶ In lib. rerũ. Expoſita vt dicit Plinius beſtia eſt in maris illã partẽ q̃ in iudeã ꝛ oppen attingit: aliq̃n inuento . q̃ multos et latiſſimos dentes ꝛ pinguedinem. ꝛ eſt de genere cetoꝝ.



Capitulum. xxxi.

c

Ceola. yſi. Ceola dꝛ concha margaritifera. in cuiꝰ carne p̃cioſus calculus ſolidaẗ. De his em̃ tradũt hi q̇ de animantiũ naturis ſcp̄ſerũt. ꝙ nocturno tp̃e littora appetũt. ꝛ ex celeſti roꝛe margaritã ↄcipiunt vnde ꝛ accole nominanẗ. ¶ Solinꝰ. Conche certo tempe anni luxuriante conceptu faciunt roꝛem velut maritum. Cuius deſiderio hiant: et cũ maxime linquiẗ imber lunaris: oſcitatione quidã hauriũt humoꝛẽ cupitũ.

Operationes

A ¶ Si ergo ↄcipiũt: grauideq̧ fiũt: ꝛ de ſagine q̃litate redit habitꝰ vnionis. Nã ſi clarũ fuerit quod acceperũt candicant oꝛbiculi.

B ¶ Si vero turbidum aut palloꝛe languẽt: aut ruſo innubilantur. Ita de celo magis q̃ȝ de mari partus habent.

C ¶ Item gregatim natant. ꝛ que magis inter illas experta eſt gregem ducit. que ſi capta fuerit cetere diffugiunt.

Capitulum. xxxii.

c

Onus marinus. Equonilus. ꝛ Equꝰ fluminis. ¶ yſid. Equi marini vocati ſunt eo ꝙ p̄ma parte equi ſunt. poſtrema vero ſoluuntur in piſcem.

Operationes

¶ Ex li. de na. re. Equus marinꝰ eſt mõſtrũ foꝛtiſſimũ: nihil extra aquã poteſt: vt diẗ Ariſto. ſȝ ſtatim vt aquaꝝ caruerit natura: carebit ꝛ vita. A

¶ Alioꝝ piſcibꝫ carnibꝫ viuit. In pugna crudele eſt: ſȝ hoieȝ timet ꝛ ↄ cũ partiri bella foꝛmidat. B

¶ Idem. Equonilus vt dicit Michel. mõſtꝝ eſt ingens ac foꝛtiſſimũ in nilo habitans. C

¶ Crura pedes ꝛ vngues habet vt cocodrillus ſȝ multo maioꝛa. Humanaꝝ moꝛtiũ cupidiſſimũ eſt. Nã cũ ei nauis ĩ poꝛtu occurrerit vnum pedẽ in terra figẽs: altero nauẽ in anterioꝛi arripiẽs facilime ſcindit: vl' inclinatã aliq̃n mergit D

¶ Unde in locis in quibus habitat immanis multitudo hominum perditur per eum. ſed h̄ malum rariſſime inuenitur. E

¶ Nullus capi poſſit inſtrumẽtis niſi rheti ferreo ex cathenis apud Damaſcenos in h̄ opus fabricatis. Captum quoq̧ malleis tm̃ ferreis occiditur. Pellis eius vnius cubiti ſpiſſitudinem habere diciẗ. tanteq̧ eſſe duriciei: vt nullo iaculo ꝛ armatura penetrari poſſit. F

¶ Idẽ. Equꝰ fluuialis vt diẗ Ariſto. eſt mõſtꝝ in oꝛiente foꝛma mirabili ſublimis faciei. G

¶ Crines habet vt equus. pedes fiſſos ꝛ ſotulares vt vacca. caudam vt poꝛcus. H

¶ Coꝛiũ eiꝰ valde groſſum eſt: interioꝛa eius vt equi. Magnitudo ãt vt aſini. hinnit vt equꝰ. in terra ꝛ in aq̇s equaliter manere diciẗ. I



Capitulum.xxxiij.

e Ffimerion ꝛ Eſcarus. Jorath. Effimerion piſcis eſt q̄ ſine coitu naſcit̃. et cū p tres horas diei v ꝑerit morit̃. ¶ yſi ð. Eſcarius dictus eſt: eo ꝙ ſalſus eſcam ruminare ꝓhibet̃. Tradūt autem hūc ingenioſum eſſe. incluſum quippe naſſis. nō fronte erūpere nec infeſtis viminib⁹ caput inſerere. ſꝫ auerſuꝫ caude ictib⁹ crebris laxare foꝛe. ꝛ ita retroꝛſum redire fertur. Quem luctarū eius ſi forte alius eſcarus intrinſecus videat appꝛehenſa moꝛdicus cauda niſus erūpentis adiuuare dꝛ.

Operationes.

A ¶ Plinius lib. ix. Eſcaro vel ſcaro ꝓncipatus nunc datur. qui ſolus piſcium ruminare dicit̃ Herbiſqꜫ veſci: non alijs piſcib⁹.

B ¶ Carpathio mari maxie frequēs ꝓmontoꝛiū troadis lectū nūqꜫ ſpōte trāſit. Jnde āt aduectos a tiberio claudio ꝓncipe. Optat⁹ Elipert⁹ ꝓfect⁹ claſſis inter oſtiēſem ꝛ cāpanie oꝛā ſparſos diſſeminauit q̄nquēnio fere cura eſt adhibita: vt capti redderent̃ mari. poſtea frequentes inueniunt̃ in littoꝛib⁹ ytalie nō ante ibi capti.

C ¶ Jdem in li. xi. Omib⁹ piſcib⁹ ſunt dentes ſerrati: ꝓter eſcaruꝫ. cui ſcꝫ vni aquatilium pleni hic vtitur ꝓoꝛib⁹ pedibus. vt manib⁹ cibus oꝛi admouentibus.

Capitulum.xxxiiij.

e Stinis. Alb. in li. de na. aīa. Eſtinis eſt de genere cācroꝝ ſemipedaliū. circa coronā ſunt cādidi aculeos q̄ſdā ꝓ pedib⁹ hn̄tes ꝛ oꝛa in medio coꝛpe. ꝛ ſunt coloꝛe q̄ſi vitrei. ꝛ p ne in ſcoꝛpiōis effigie. loco dentiū gues i oꝛe hn̄tes aculeos. oua faciūt q̄nqꜫ numero. ꝛ ſūt amariſſima. Eſt āt venenoſus ne comedi pt.

Operationes.

¶ Hic piſcꝭ ꝓnūciat tēpeſtates. ſētiēs eñi materiā vētoꝝ eleuari: de fundo rapit lapidē. ſtabiliēs ſe ad ipm ſic anchoꝛā. A ¶ Et cū hunc lapidē eſcinū trahere ludēt nautę: etiā ipi p anchoꝛas figunt naues. B ¶ Hic piſcꝭ eſcyn⁹ q̄nqꜫ detinet nauiū. ſubtus eñi adherens naui ducētoꝝ vel ampli⁹ pedū cū oīb⁹ oꝛnamētis ſuis detinet eſcyn⁹ ꝯ quēlibet vētoꝝ impulſum. ita ꝙ moueri neq̄t aere aliquo vel violentia. C



Capitulum.xxxv.

Riox vel Erox. Albertus in libꝛo vt̃s
e Erox piſcis eſt quẽ q̃dam lachſen vo-
cant. q̃daꝫ aũt magnũ piſcem danubÿ
⁊ quarundã aquaꝝ danubÿ influentiũ. quem
vngari ⁊ almãni huſonem vocant. Jlle igitur
q̃ lachſe vocatur: figurã ⁊ colorẽ hꝫ ſalmonis.
niſi ꝙ inferiorẽ mandibulã ad ſuperius habet
recuruam: ſicut roſtrũ aquile curuatũ ad infe-
rius. ⁊ tñ nõ eſt longioꝛ q̃ꝫ ſuperioꝛ. foramĩe ad
hoc parato in ſe recipit inferiorẽ. Carnẽ autem
habet nõ adeo rubeã neqꝫ ita delectabilem ſic
ſalmo. Huſo aũt eſt piſcis nõ ſquamoſus in fi-
gura ſturionis. ſed eſt pellis albe ⁊ lenis abſqꝫ
oĩni ſquama ⁊ ſpina. Et inuenit̃ lõgitudine vi
gintiquatuoꝛ pedum qñ ꝑfectꝰ eſt. ⁊ minoꝛ in
uenit̃ ſm̃ ꝙ etate deficit. Nullũ os penitꝰ habꝫ
Jn capite loco ſpine doꝛſi cartillago eſt. q̃ fora-
men habet magnũ vacuũ ſicut terebello ſit ꝑ-
foratũ a capite vſqꝫ ad caudã. ⁊ non ſunt ſpine
in coꝛpe eius alique. ſed ſpine eius ꝯiungũtur
cartilagini. Caro eius eſt in ſapoꝛe carnis vi-
tuli in doꝛſo. Jn ventre eſt in ſapoꝛe carnis poꝛ
cine. ⁊ habet adipem intermixtũ pinguedini ſic
poꝛcus. Hunc piſcem ſturio ꝯfricãdo ſe ad eũ
agitat. ita ꝙ ſepe ſimul capiunt̃. nec aliÿs aquis
inuenitur niſi in his que dicte ſunt.



Capitulum.xxxvi.

Thenay vel Echyni. yſid. Ethenays
e paruus ⁊ ſemipedalis piſciculꝰ: nomẽ
ſumpſit ex eo ꝙ nauem adherendo re-
tineat. Ruant licet venti ſeuiant procelle. Na-
uis tamẽ radicata in mari ſtare videt̃ nec mo
ueri: non retinendo ſꝫ tantũmodo adherendo.
Hũc latini moꝛam appellauerunt. eo ꝙ cogat
ſtare nauigia ipſa. ¶ Plinius li. xxxij. Heu va-
nitas humana cum illa roſtra nauium ere fer-
roqꝫ ad ictus armata: ſemipedalis piſciculus
inhibere poſſit ac tenere: deuincta ferẽ tenuiſ-
ſe. pretoꝛiam nauem anthonÿ ꝑperantis circũ-
ire ſuos ⁊ exhoꝛtari donec tranſiret in aliam.
Jtaqꝫ ceſariana claſſis impetu maioꝛe proti-
nus eum ꝑtranſÿt. tenuit etiam nauem Hay
principis. Quidamqꝫ exilientes de naui inue-
nerunt gubernaculo adherentem piſciculum:
oſtenderũt Hayo indignanti hoc fuiſſe quod
retineret ipſum cum quadringentoꝝ incede-
ret obſequio remigum. Qui cũ eum poſtea vi
derunt limaci magne ſimilẽ dixerunt. ¶ Jdem
libꝛo. ix. Hunc arbitratur Ariſtoteles pedes
hr̃e ita poſita pinnaꝝ ſimilitudine. ¶ Ariſtote
les. Piſcis paruus in mari pꝛohibet nauem re
cedere potẽtia naturali. pluresqꝫ hoĩes ipſo vtun-
tur in multos ad odiũ ⁊ amoꝛẽ. Ale illius aſ-
ſimilantur pedibus. nam reuera pedes nõ ha-
bet. ¶ Ambꝛoſius. Echinus eſt animal in ma-
ri exiguum vile ⁊ deſpicabile. Hic tamẽ cum
ventoꝝ pꝛocellam ꝑſenſerit: calculum validũ
arripit: eumqꝫ velut ſuburram vehit. ⁊ tanquã
anchoꝛam trahit. ne excutiatur a fluctibꝰ. ſicqꝫ
q̃ non poteſt ſe ſuis viribus liberare alieno re-
gitur pondere. quo indicio etiam naute velut
ſignum future perturbationis capeſcũt: ⁊ ſibi
pꝛecauent. ne hoc imperitos turbo inueniat.
Maximas quoqꝫ naues plenis currentes ve
lis in medÿs fluctibꝰ quaſi radicatas ſiſtit: nec
ſine munere creatoꝛis tantum ei poteſt ſuppete
re virtutis. ¶ Ex libꝛo de naturis rerũ. Echi-
nus eſt piſciculus ſpinas habens pꝛo pedibꝰ:
ſicut cancer. alas autem ſub ventre que pedibꝰ
aſſimilantur. Jn oꝛe vero dentium loco gra-
ues aculeos. Hoc autem ſupꝛa modum mira
bile eſt ꝙ cum ſit ſemipedalis non vlla violen-
tia ſed adheſione tñ nauem ducentoꝝ pedum
cum ſuis intus ponderibꝰ retinet: ita ꝙ nec ad
punctũ moueri valet. Nec eſt alia ratio in tam
ſtupendo pꝛodigio: niſi ꝙ deus in creaturis ꝓ
dicetur mirabilis. Piſcis iſte comedi nõ po-
teſt: quia hominem a ſtatu diſpoſitiõis ſue diſ
ſoluendo moꝛtem infert.

Operationes

¶ Dyaſcoꝛides. Echini marini ſapoꝛ euſtoma A
chus eſt. ventrẽ mollit. ⁊ dyafoꝛeticus eſt.
¶ Hm̃õi coriũ crudũ miſcet̃ vtiliter medicami B
bus aut ſcabÿs. ¶ Combuſtũ ꝓ ſoꝛdidis vul- C

nera purgat. creſcētia q̃ʒ vulnera reſidere facit.
D ¶ Plini⁹ li. xxxii. Echenas vel echin⁹ ꝑ̃gnidis ad alligatus vſq̃ʒ ad maturitatem continet lubricos partus ideoq̃ʒ aſſeruatur ſale.
E ¶ Idem quoq̃ʒ piſcis ventrem inhibet. ꝓpterea contra doricnū echini maxime proſunt.
F ¶ Et his q̄ carſati ſuccū biberunt p̄cipue eius iure ſumpto.
G ¶ Idem etiā ex aceto epinictidas tollūt.
H ¶ Echini cum ſpinis ſuis ꝯtuſi ꝛ e vino poti calculos tollūt: ꝛ al's ī cibo ad h̄ ꝓficiunt.
I ¶ Echinorum teſte contuſe ex aqua illite incipientibus pannis reſiſtunt.
K ¶ Echini q̃ʒ viuētes vſti ꝛ in vino dulci potati profluuia ſiſtunt.
L ¶ Echini cinis cū carnibus ſuis cremati cū oleo: alopitias replet.



Capitulum. xxxvii.

e Zoz. Ex li. de na. rer. Ezox eſt piſcis danubij maxim⁹. ita vt vix in biga trahi poſſit ab equis quatuor aut tribus. Unū habet inteſtinū. oſſa pauca ꝛ parua ī corpore cartillaginoſa poti⁹ q̃ʒ ſolida. ſed ī capite multa fertur hr̄e oſſa. Carnes ꝑ̄o fertur habere dulciſſimas. guſtu vel ſpecie carnibꝫ porci ſimilimas. Per oīe corp⁹ lenis eſt: nec aliquid aſperitatis in corpe vel in interioribꝫ hʒ: ſed eſt mitiſſim⁹ ac timoroſus. quippe q̄ nec a minimo piſciculo ſe defendere poteſt: ſʒ ſtatim agitatur ad fugā. Huic ſturio libentiſſime iocandi grā ſe affricat. quē ezox ſtatim vt ſentit ad latibula fugit. q̄ ſibi ſolet ad tutamē in littoribꝫ effodere. Sed qñq̃ʒ ſturio importun⁹ eijcit latitantē: ſequiturq̃ʒ fugientē. ꝛ quia magni ſunt ambo nec etiam in validiſſimis aquis latere poſſunt diſcurrendo ꝛ ante ſe aquas agitando. ſepe ſimul a piſcantibꝫ capiūt. Piſcis iſte capt⁹ vino fortiſſimo vel lacte potat: q2 vino inebriat⁹ viuere poteſt pluribꝫ diebꝫ. ꝛ hoc vt ad remotas terras cibi grā deferat. Bibit autē vini ſextaria quatuor antequʒ inebriet.

Capitulum. xxxviii.

f Elchus Foca ꝛ Salata. yſidor⁹ Felchus q̄ ꝛ vitulus marin⁹ appellatur. Cutem habet piloſam albis nigriſq̃ʒ maculis diſtinctā. In terra pecudū more parit ꝛ nūq̃ʒ geminis plures educat. fer⁹ etiā lactat mā̄mis: nec ante duodecimū diē in mare deducit. his in ſono mugitus eſt. Nullum aīal grauiori ſomno premitur. Unde dextris pinnis quibꝫ vtunt in mari: vim ſomniferā ineſſe dicunt. ſi cuiuſq̃ʒ capiti ſubdant. Difficulter aūt niſi capite eliſo interficiunt. De h̄ etiā animali illud mirabile fertur: q2 eo mortuo ꝛ excoriato pilus in pelle vbicūq̃ʒ fuerit naturali quodam inſtinctu ꝓut mare ſe habet ita ſe gerit. Nam ſi mare turbatū in fluctus ſurrexerit: ꝛ pilus ſimiliter erectus exurgit. Si ꝑ̄o mare pacificatū fuerit pilus in planū ſternit: ſicq̃ʒ maris ſtat⁹ in re inſenſata ꝛ morticina dep̄hendit. ¶ yſid. Focas ſiue bocas dicunt eſſe boues marinos quaſi boacas. ¶ Ex libro de naturis rerum. Foca eſt bos marinus animal: ſcilicet in ſuo genere fortiſſimum. animoſum: iracundū. non tm̄ ad alia animantia: ſed etiā ad ſua domeſti

ca. Semp em̃ cũ femina ſua pugnat donec eã interficiat. Interfectã ãt a loco eijcit. ⁊ ſic aliã ſupducit. nec ſic ceſſat eas feminas ſupducere donec eũ ꝯtingat ꝓpria morte defungi. vel a femina ſua ſuperatũ iterimi: nec mutat locũ ſuũ de facili: ſʒ illic ſemp manet vbi eũ nafa condidit. hui⁹ ꝓgenie emuli filij rapina viuunt.

Operationes

A ¶ Dyaſcorides. Coagulus foce marine virtutem habet caſtoreo ſimilem.

B ¶ Epilenticis ꝓdeſt. Mulierũ qʒ ſteric⁊. id eſt. prefocationib⁹ matricis bibitum valet.

C ¶ Probaf aũt an verũ de foca ſit coagulus: ſi coagulus agni ſolut⁹ in aquã vna hora dimittatur. nec ſe digerat: ⁊ poſt hec aqua ipa coagulus foce ꝓfundaf. nam ſi ea accepta ſoluaf ver⁹ nõ eſt. Ver⁹ em̃ accepta aqua nõ ſe ſoluit.

D ¶ Ex li. de na. rex. Balata extra morem omniũ animalium cum fetus in aluo ſuo viuere ſenſerit illos extrahit.

E ¶ Et ſi qñ eos ad vitã maturos inuenerit: foris relinquit. Sin autem: eos in matricem vt foueantur reponit.



Capitulum. xxxix.

Aſtaleon Faſtez ⁊ Ficis. Areſtotiles

f Faſtaleon eſt genus piſcis qð ſolum inter cetera genera gen⁹ ſuũ nõ comedit. Nam om̃es piſces ſeſe comedũt ꝑter faſtaleon. ¶ Jorath in li. de aĩalib⁹. Faſtez piſcis eſt q̃ cum in ore ſuo coartat aquã: fit ex eo dulcis. vnde piſces minores ſequunf illã in os ipſius ille vero ſic eos capit atqʒ deglutit. ¶ Plinius li. ix. Ficis eſt piſcis q̃ colorem ſuũ mutat reliq̃ tpe candida: vere aũt varia. Eadẽ ſola piſciũ ex alga nidũ facit: atqʒ in ipo nido parit.



Capitulum. xl.

Ardus Gladius ⁊ Glauc⁹. Actor.

g Bardo piſcis eſt fluuialis gratiſſimi ſaporis. vendeſie ſilijs. ſʒ p ruborẽ oculox ab ea diſcernif. vtercʒ ãt mediocris q̃ntitas eſt. ¶ Yſi. Gladius dictus ẽ eo ꝙ roſtro mucronato ſit. ⁊ ob hoc naues ꝑfoſſas mergit. ¶ Areſto. Haſtarios al's haſtaros id eſt gladius marinus eſt ſimilis ſcorpioni: et equalis aranee. ⁊ inducit magnũ dolorẽ piſcibus. ideoqʒ ſaliũt multotiẽs. Nam ⁊ delphin⁹ ꝓpter dolorem ſalit: qꝛ ſub pinna pungif eius aculeo q̃ gladius vocatur.

Operationes.

¶ Plini⁹ li. ix. Eſt paruũ aĩal ſcorpionis effigie aranee magnitudine. hec ſe ⁊ thinno ⁊ ei q̃ vocaf gladius cerebro delphini magnitudinẽ excedẽs: ſub pinno aculeo affigit: tantoqʒ dolore infeſtat vt naues ſepenumero exiliant. A

¶ Yſi. Glaucus a colore dict⁹ eſt: eo ꝙ ſit albus Greci em̃ albũ glaucon dicũt. hic eſtate raro apparet niſi in nubilo. B ¶ P li. vbi ſ. Quidam em̃ piſces eſtate imparientes ſexagenis dieb⁹ medijs latent feruorib⁹ vt glaucus et azellus. C

¶ Areſto. Quidã etem̃ piſces in cauernis manent in eſtate ſicut glauc⁹ ꝑ ſexaginta dies: ac deprehendif poſt aſcenſionẽ canis. D

Capitulum. xli.



g Gobi⁹ ꝛ Gran⁹. Actoꝛ. Gobio ē piſcicul⁹
fluuial' alb⁹: ſ; nigris maculis reſperſus.
quē q̇dā dixert veſci cadaueribꝫ. ſ; a piſcatoꝛibꝫ
dep̄hēdit̄ h̄ eē fabuloſū. quā poti⁹ dicit̄ in aq̄ li
q̇diſſima ꝯuerſari ꝛ pabulo nutriri. ī cibo tn̄ vi
les ac d̄ſpicabiles reputāt̄. qꝛ aq̄ſa mīme ſolidi.

Operationes.

A ¶ Ex li. d̄ na. re. Gobio piſcicul⁹ eſt foꝛma rotū
da ſquamis ꝑuis argēto ſilibꝫ. h̄ vbi aq̄s areno
ſas lapillulis in nutrimētū h̄; accomodatioꝛē
B vtriq; cibū p̄bet. ¶ Idē. Gran⁹ eſt piſcꝭ marin⁹
q̇ ꝯ̄ naturā omniū aīaliū vnū oculū ī ſūmo ca
pitis h̄;: q̄ ſupintēdens ſemꝑ inſidias cauet.



Capitulum .xlij

g Gamanez ꝛ Gonger. Alb. ī li. d̄ na. aīal.
Gamanez aīal dicūt fluuiale. cui⁹ feīa
vagabūde diſcurrēs. nō ſolicitat̄ ſ; negligit par
tū. Mas aūt ſtat circa eos q̄s feīa preneglexe
rit. Et edificat etiā in gyro circa eos lignis ne
pateat adit⁹ inimicꝭ piſcibꝫ. Et tūc aliq̄n extra
aquā vociferat foꝛtiter: vt aduerſantia ſibi ter-
reant̄ aīalia. ꝛ ſi in tali ſolicitudine cadit ī rhe-
tia zelo defendēde p̄lis moꝛdens rhetia erū-
pit non tam foꝛtitudine q̄ȝ animoſitate. ¶ In
eodē libꝛo. Gonger vt dicit Pli. eſt piſcis mag-
nus atq; robuſtus q̇ inimicicias ꝛ bella habet
cū murena ꝛ polippo ꝛ alijs piſcibꝫ. ꝛ intantu;
foꝛtiter: q̄ polippū laceret dentibꝫ ſuis.



Capitulum .xliij.

b Hami⁹ ꝛ Hyrūdo. yſi. Hamio piſcꝭ
eſt ſaxatilis dextra ſiniſtraq; lateri-
bus v̄gis puniceis ꝑpetuis: alijſq;
diſcoloꝛibꝫ deſignat̄. ꝛ dict⁹ eſt hamio. qꝛ nō ca
pit̄ niſi hamo. ¶ Pli. vbi ſ̄. Amiā ſiue Hamiā
vocāt piſcē: cui⁹ īcremētū diebꝫ ſinglis ītelligit̄
cū thinnis: h̄ ꝛ palemides ī pontū intrāt grega
tim ad dulcioꝛa pabula cū ſuis queq; dulcibꝫ.

Operationes

¶ Ex li. d̄ na. re. Hami⁹ ē piſcꝭ ſaxatilis. vt ait A
yſi. id eſt lapidē gerit interi⁹. h̄ admodū ſpecio
ſus ē: h̄ns ī vtroq; latere q̄ı v̄gulas ꝑpetuo co-
loꝛe puniceas. reliq̄ v̄o coꝛꝑe diuerſis q̇dem ꝛ
gratis coloꝛibꝫ. tot⁹ ī modū pāni ſerici variat⁹.
¶ Hyrūdo maris ſilis eſt aui hui⁹ noīs. hec ad B

modū loliginis in aqua manet vt piſcis.ꝛ alas habēs ad amena eleuatur etheris.



Capitulum.xliiij.

Einus marinꝰ. yſi. Icinꝰ ab icino terreſtri nomē traxit.quē vulgus ericium vocat.cuiꝰ teſtula dr̄ ſpinis aculeata in modū caſtanearꝫ qn̄ adhuc operte de arboribꝫ cadūt. Caro eiꝰ mollis ꝛ minio ſilis. Actor. Icinus iṗe eſt echinꝰ.de q̄ dictū eſt ſup̄ in tractatu de aīalibꝫ.ca.lxxviij. Idē etiā videt̄ eſſe ethenais.licet yſi.de his agat ſeꝑatim tāq̄ꝫ de duobꝫ. Idē etiā dr̄ ericius vel irricius.

Operationes

A ¶ Ex li.de na.re. Ericiꝰ eſt piſcꝫ marinꝰ.habēs caput ꝛ os inferiꝰ (vt ait Areſto.) ꝛ exitū ſuperfluitatū ſuperiꝰ. qd̄ eſt ꝯ morē aīaliū ceteroꝝ.
B ¶ Utitur autem ſpinis loco pedū. Eius anteriora ſeparata ſunt.ꝛ inferiora ꝯtinua. horrori eſt ceteris piſcibꝫ.qꝛ ſpinis hiſpidus.vnde nō de facili ſit vlli piſcium preda.
C ¶ Carnes eius vehemēter rubee ſunt minio ſimiles.vt dicit Plinius.

Capitulum.xlv.

Alaoꝫ Karkora ꝛ Kilok. yſidorꝰ. Kalaoꝫ ē piſcis maris.ſpecie multiformis.pluuiaq̄ꝫ ceteris piſcibꝫ ad vite remediū ꝛ impiguationis iuuamen eſſe ſolet. huic ꝑ exicitio daẗ. Nam ſi multa pluuia fuerit oculis cecatur: ac ꝑꝯſequens cū cibum querere non poſſit: fame moriẗ. Idē. Karkora



vero eſt piſcis q̇ poſtq̄ꝫ deꝑhendiẗ: multo viuit tempe: ꝛ cibat ſe ex ſe. qꝛ ſup eius inteſtina eſt nidior aqua.

Operationes

¶ Idē. Kilock eſt piſcis marinꝰ in teſta multū aſpera latēs.cuiꝰ orificiū eſt in medio corpis. A
¶ Sentit āt q̇cq̇d ei approp̄inquat.ꝛ applicat in lapidibꝫ cū ſuis pedibꝫ poſterioribꝫ. B
¶ Anterioribꝫ aūt q̇bꝫ ꝓ manibꝫ vtiẗ quicq̇d ꝑ eum trāſit.qd̄ nequaq̄ꝫ vincere ſe poſſe credit: tumeſcit: ſeq̄ꝫ contrahit: ꝛ adheret fortius lapidi cui applicatur. C



Capitulum. xlvi.

k Carabo ⁊ Kylone. yſidoꝛus. Karabo ſtercoꝛe viuit et luto. Fedaturque ci- bo. propter hoc animal ponderoſum eſt. caudam habet latam. et ideo qn̄ pugnat le- uiter ſe vertit. Huius enim generis monſtra foꝛtiſſime pugnāt inter ſe velut arietes. muni- untque ſe multitudine ſocioꝛū aduerſe partes. vnde frequenter viſi ſunt ambulare ſicut gre- ges: adinuicemque bella partiri. Fiunt autem in aīalibꝫ bella quatuoꝛ de cauſis. ſcꝫ ꝓpter natu- ralem ſuꝑbiam. ꝓpter cibum. ꝓpter coitū. ꝓpter fetum. ſicut gallina ꝓpter fetū cum coꝛuo pug- nat. ⁊ anſer cum coꝛnice.

Operationes

A ¶ Areſto. Karabo ſicut ⁊ cancer ſanguinē nō habet. durum habet extra ⁊ molle intra: nec eſt nutribile illud durū. immo recipit ignem.

B ¶ Accipit autem piſces ſicut cancer in ꝓfun- do maris cum duobꝫ labijs ſuis: eoſque ī duas partes diuidit: ⁊ ad os ſuū ducit.

C ¶ Karabo ex piſcibꝫ dure carnis mouet̄ cum cauda ſua motu veloci ſicut motu alarū ſuarū.

D ¶ Eſt aūt gen⁹ quoddā ex q̄ generat̄ Karabo: qđ eſt bone carnis antequā oua ponat: poſtea ꝑo ma le. Hoc genus exuit ſpolium in vere ſic̄ ſer- pens. Ita cancer ⁊ karabo ſenectutem exuunt ⁊ que mollis teſte ſunt.

E ¶ Marinum animal mollis teſte karabo coit ⁊ impregnat̄ ⁊ malakye ſimiliter accidit. Kara- bo ⁊ ſibi ſimile in genere ſcꝫ aīal mollis teſte ouant coitu. Similiter eſt generatio malakye vt ſepia: ⁊ ſibi ſimile.

F ¶ Mareſque karabo tm̄ cuſtodiunt oua. mala- kye autē ouat extra. ⁊ mas eijcit ſup feminas ſperma. ſicut mares piſcium ſup oua.

G ¶ Ex libꝛo de naturis rerū. Karabo ſm̄ Are- ſtotilem eſt piſcis qui quando timet retrocedit quando vero non timet ambulat ad interius naturaliter.

H ¶ In eodem libꝛo. Kylō eſt animal marinum quod contra nature communis oꝛdinem ha- bet epar in ſiniſtro: ſplen in dextro. Nam ī om nibus animalibus terre magnis ⁊ paruis eſt econuerſo.

Capitulum. xlvii.

k Oky. Areſto. Koky eſt marinum ani mal: habens dentes acutos. et etiam ponit vnum ſuper alium. ſic enim ge- nus ſuū diuerſatur a generibus piſcium. quia piſces habent quidem dentes acutos. ⁊ nō eſt in eis animal duas habens acies dentium. Actoꝛ. Koky ipſe eſt ſelchus. de quo dictū eſt paulo ſupꝛa. idemque vitulus marinus. de quo etiam dicetur infra.

Operationes

¶ Ex libꝛo de na. rerū. Koky eſt aīal in terra ſicut in mari manens. cartilaginoſum habet coꝛp⁹ vt ſepia. oſſaque minus debito robuſta. ꝑ infirmitate aliqn̄ crurū vix ambulare poſſit: ſeque in pedibꝫ ſuſtentare. A

¶ Ambulatio ergo ipſius eſt potius in vigoꝛe ſpiritus ⁊ leuitate coꝛpoꝛis q̄ꝫ ex virtute. Den tes habet acutos valde. caudam paruā vt cer- uus. renes vt vacca. B

¶ Venter eius ſanguine caret. quia due vene que ramificantur ſup renes vſque ad ventrem in eis non perueniūt. C

¶ Cetera ꝑo coꝛpis mēbꝛa ſanguinē habent. D

¶ Hoc animal habet quatuoꝛ pedes. ⁊ habent inflexiones digiti q̄nque in vtroque pede. figura- que pedis eſt vt cauda piſcis. E

¶ In aquis ſpirare non valet. doꝛmit autem ꝓpe mare ſuper terrā. ibique fetus ſuos parit du- os aut tres. F

¶ Tranſacto vero die. xij. poſt partum: ſequit̄ fetus matrem ſuā ad mare: ⁊ ꝓ multotiens in die vt aquis marinis aſſueſcat. Hoc aīal mā- millas habet vnde fetus lactet. Vox eius eſt ſicut thauri: maximeque cū interficitur. difficul- ter autem interimi poteſt. G

Capitulum. xlviij.

l Eo marinus. ¶ Yſi. Leo marinus dict⁹ eſt a ſimilitudine terreſtris.

Operationes

A ¶ Ambroſius. Leo terribilis eſt in terris: ſed dulci⁹ in fluctib⁹. Eandem habet diſpoſitionē z virtutē ſicut in terra. q̄uare tranſeo.



Capitulum. xlix.

l Epus marin⁹. yſi. Lepus a ſimilitudine leporini capitis nūcupat⁹ eſt. Plini⁹. Venena dira nō ceſſant in lepore. q̄ in indico mari etiā tactu peſtilens. vomitū diſſolutionē q̧ ſtomachi ꝓuo⁹ creat. Idem in li. xxxij. Lepus marin⁹ venenū eſt in cibo vel potu datus. Nullū eſt aīal q̄n eius tactu intereat. hō tact⁹ ab eo piſcē olet z morit. et lepus ſimiliter ex eo tact⁹ morit. Sic vterq̧ alteri venenum eſt. In India nō capi viuentem affirmant.

Operationes.

¶ Auicen. in. ij. can. Lep⁹ marin⁹ ē aīal oſtreatū lutoſum declinās ad rubedinē aliq̄ntulū. A

¶ Sanguis eius calid⁹ eſt mūdificās pannū. B

¶ Caput ei⁹ aduſtū generat pilos in alopitia ꝓprie cū adipe vrſi. z in tyria valde. C

¶ Cum autē ex eo fit emplaſtrum ſicut eſt abradit crines z pilos. D

¶ Itē abſtergit viſū emplaſtri more ſuppoſitū z ſic colliriū. Numerat aūt inter medicinas venenoſas. z interficit eū vlceratōe pulmonis. E

¶ Plinius in li. xxxij. Leporis marini feminā ſi mulieres grauide aſpexerint ſtomacho nauſeante: ſtatim abortum faciunt. F

¶ Remedio eſt mas ob id induratus ſale. vt in brachealib⁹ habeatur. G

¶ Lepus marinus venenatus quidem eſt. Sed eius cinis in palpebris pilos inutiles euulſos cohibet. H

¶ Idem. Lepus ſtrumas ſanat: ita vt celeriter remoueant. E lepore quoq̧ marino recenti iubent q̄dam podagram fricari. I

¶ Sanguis eius et fel (ſi necetur in oleo) valet contra carbunculos. K

¶ Auicenna in canone vt ſupra. Lepus marinus eſt venenoſus ſi de ipſo in potu datur accidūt conſtrictio anhelitus. z rubedo oculorū. tuſſis ſicca ſputū ſanguinis: difficultas vrine. Vrina violacea z egeſtio ſimiliter vel dolor in ſtomacho. vomitus ſuperfluus colore z ſanguinis ytericia z anguſtia ac dolor renum: ſudor fetidus. horror cibi. L

¶ Et cū videt eger piſces terretur ab eis: z inuenit ſaporem fetidi piſcis in ore ſuo. z in eructuatione cū ſalſedine. Plures autem qui ex eo euadunt: in ptyſim cadunt. M

¶ Confert autem eius curationi lac caprinum quod eſt iuuamentū vltimum. N

¶ Lac quoq̧ azininū z lac mulieris ex mamilla. z eius cancri fluuialis: z ericius aſſatus aut ſanguis ei⁹ fortes aūt medicine ſunt calamentum fluuiale calidū: recens: z ſanguis anſeris z vrina hoīs antiqua. z cetera. O

¶ Signum vere ſanitatis eſt. quando videns piſces nō terret ab eis: z comedit. Tunc q̧ cadit in ptyſim curetur ptyſis. P

Capitulum .l.

l Euiathan ⁊ ludolachra. yſi. Leuiathan ſiue leuim: eſt piſcis ſerpētinus. de q̄ ſcꝫ ſup̄ dictū eſt in tractatu de aīalibꝰ. ca. lxxxiij. yſi. Ludolachra ē aīal nat̄a ⁊ forma mirabile duas hn̄s alas ī facie. duas ī dorſo: q̄bꝰ mira velocitate nitit̄ q̄cūq; volūtas eam impulerit.



Capitulum .lj.

l Oligo. yſi. Loligo eſt monſtrū in q̄ natura luſiſſe videt̄. Nā cute ſquamoſum cū gregibꝰ piſciū maris ꝓfunda ſcrutat̄. Cum aute aq̄s faſtidierit: leuat ſe cū alis pennigeris quas in h̄ illi nat̄a dedit. ⁊ cū volucribꝰ ethera ſcandit. Sed q: flatus ventorū ſuſtinere non poteſt. poſt modicū vbi ventis ꝯcutit̄ ad aquas redire cogit̄: ⁊ in ꝓfundum relabitur.

Operationes

¶ Plinius li. ix. Loligo eſt piſcis mollis ſanguine carens ſicut ſepia. Caput habet etiā ſicut ⁊ ſepia inter ventrem ⁊ pedes. A

¶ Sepie ⁊ loligini pedes duo ex his lōgiſſimi ſunt ⁊ aſperi. q̄bꝰ ad ora cibos admouent. ⁊ in fluctibꝰ ſe velut anchoris ſtabiliūt. Loligo etiam volitat: extra aquā ſe efferens. B

¶ Sepia q̄dem in terreno parit inter arundines ac in alto ꝯſeruata: oua edunt loligines. C

¶ Item loligines ſicut ⁊ ſepie coeunt linguis brachia inter ſe cōponentes ⁊ in contrariū natantes. ore quoq; pariunt. D

¶ Loligines etiam in littore mire magnitudinis ſunt. ſed in mari noſtro q̄nq; cubitorum nec oſſa nec ſpinas habet. E

¶ Idē ī li. xviij. Loligo volās ſignū ē tēpeſtatiſ F

¶ yſid. Tradūt in occeano mauritanie tantā multitudinē loliginū ex aqua euolare vt etiaꝫ naues demergere poſſint. G

¶ Phiſiologꝰ. Loligo capit̄ aliq̄n q̄nq; cubitorum. Caput habet inter pedes ⁊ ventrem. vltra duos annos raro eſt coꝝ vita. H

¶ Aliquod coꝝ genus aſperrimū eſt q̄ pugnature turmis ſe munientes ſtabiliunt. I



Capitulum .lij.

l Ocuſta marina. Phiſio. Locuſta marina iuxta Pli. q̃tuoꝛ h; cubitos ĩ lõgitudine. hyeme ledit̃. autũno ꝛ vere pingueſcit. et plenilunio mag;. Ex li. de na. re. Locuſta fluuialis ecõtraria ꝗ̃ locuſta cãpeſtris. pedes anterioꝛes h; lõgioꝛes: nec rumiat ĩ anterioꝛi pte ſicͭ aĩalia cetera. ſ; ad poſteriꝰ. ſc; ĩ extremo ſtomachi ſui cũ dẽtibꝫ in ventre ſibi herentibꝫ.

Operationes

A ¶ Pli. lib. ix. Locuſte piſces cruſta fragili muniunt̃. in eo gñe qḋ caret ſanguĩe latẽt mẽſibꝫ q̈nis. Siliter ꝛ cancri q̇ eodẽ tpe occultant̃.

B ¶ Et ambo veris principio ſenectute in moꝛe anguiũ exeũt. renouatiõe tergoꝝ. Ceterum in vndis natãt. locuſte reptantiũ moꝛe fluitant.

C ¶ Si nullus ingrauat metus recto meatu coꝛnibꝫ. q̃ ſũt rotũditate ꝑpilata ad latera poꝛrectis. ꝛ eiſdẽ erectiſ in pauoꝛe. oblique in latera ꝓcedant. Coꝛnibꝫ inter ſe dimicant.

D ¶ Viuũt aũt hmõi locuſte in petroſis locis. In indico mari locuſte quaterna cubita implent.

E ¶ Polipũ intantũ locuſta pauet: vt ſi iuxta viderit omino moꝛiat̃. Locuſta ꝗ̃; conger inimicus lacerat ꝛ perimit.



Capitulum. liiij.

l Ucius. Actoꝛ. Luciꝰ eſt piſcis fluuialis oꝛe lato ꝛ dẽtibꝫ acutiſſimis. minoꝝ piſciũ deuoꝛatoꝛ. cui tñ perca ſquamis ꝛ brãchijs aſprimis armata reſiſtit vt non ei ꝑualeat. nec dẽtibꝫ eiꝰ ꝑda fiat. Veſcit̃ aũt luciꝰ venenoſis vt bufonibꝫ ꝛ hmõi. ꝛ tñ infirmis dꝛ eſſe ĩ cibo ſanꝰ. Si qñ naſſa in q̄ incluſus fuerit. ex aqua leuata lucẽ diei viderit. raro vel nunꝗ̃; accidit. vt poſtea diutius remaneat. ſed queſita ſibi via euadit.

Operationes.

¶ Ex li. d̃ na. re. Luciꝰ eſt piſcis q̇ ꝛ lupꝰ aq̃tilis appellat̃. Hic ſi fluuiales aq̃s cibũq; ꝓ vita ſufficiẽtẽ habuerit ꝑ ſucceſſus tpm in lõgitudinẽ maximã eualeſcit. Cibꝫ eiꝰ ſũt piſces. ꝛ q̇cquid ranaꝝ moꝛe repit. piſcẽ ad magnitudinem ꝓpe ſui comedit. A

¶ Nã vbi victũ ſubegerit: caput ꝑma oꝛe deuoꝛat. q̇ digeſto paulatim addit ſequentia: donec totũ ꝯſumat. Pari ꝗ̃; generis ſui ꝑcere recuſat. vel ob naturalẽ crudelitatẽ. vel q2 auidꝰ eſt cibi: rapineq; impatiẽs. Nam ꝛ ꝓpa ſemia ꝑſeq̇t̃ vbi piſcis foꝛma ſuſceperit. B

¶ Eſt aũt piſcis q̇dã hñs acres ſquamas ꝛ pinnulas acutas. quẽ ſi lupus aquaticꝰ ꝑ caput apprehẽderit cito tranſglutit. Si ṽo a pte caude nõ poteſt qm̃ incõtrarium aſperari geſcunt. C

¶ Luciꝰ in cerebꝛo lapidẽ criſtallo ſilẽ; gerit: ſ; h̃ cũ eũ in longũ duxerit. Impꝛegnat̃ hic piſcis vt dicͭ Ariſto. flante vento ſeptẽtrionali ſiliter ꝛ piſces q̇ in lõgitudinẽ eualeſcũt. femĩa pꝛegnãs aquas aſcẽdit: q̃nto põt remotiꝰ a loco ſuo in q̇ habitare ꝯſueuit. Ibiq; oua parit: vt filij ſui nõ ſint ei impedimentũ pꝛede. D

¶ Et hoc ꝓpter crudelitatẽ naturalẽ: vel ꝓpter cibi rapineq; inuidiam. E

¶ Alij dixerunt ꝙ aſcenderet ꝓpter dulcioꝛem aquã. qm̃ aqua tanto ſemp eſt dulcioꝛ: quanto fonti ꝓximioꝛ. Lucius tante auiditatis eſt vt piſcem quẽ totũ q̃ntitas eius deglutire nõ ſuſtinet dimidiũ incoꝛpoꝛet. F

Capitulum. liiij.

l Upus marin⁹. yſi. Lup⁹ a velocitate appellaꝰ. inq̃ lupo terreſtri aſſimilaꝰ. q2 ſc3 improba voracitate alios pſequiꝰ. Eſt ãt piſc3 captura ingenioſus. Nã ꝛ rheti circũdat⁹ ferꝰ arenas arare cauda: ꝛ ita cõditus trãſire rhete. Pli. li. xxxij. Lupus marin⁹ in puidendo min⁹ habet ſolercie: ſ3 magnũ robur in penitẽdo. nã vt heſerit in hamo tumultuoſo diſcurſu laxat vulnera donec excidant inſidie.

Operationes.

A ¶ Idẽ li. ix. Pregelidã hiemẽ oẽs ſẽtiũt piſces: ſ3 maxie q̃ lapidẽ in capite exiſtimãꝰ hñe. vt lupi ꝛ pagri. Cũq3 aſpere fuerint hyemes multi capiũꝰ ceci. Lupoꝝ ꝓo ſũt laudatiſſimi q̃ appelläꝰ lanati. cãdore mollicieq3 carnis. meliores ſũt lupi ĩ amne tyberi ĩter duos põtes q̃3 alibi

B ¶ Piſcium lupus bis in anno parit. Nigidi⁹ eſt actor lupũ mugili caudã prerodere eoſdẽq3 menſibus ſtatis concordes eſſe.

C ¶ Idem in libro. x. Produntur vt dictum eſt mugil ꝛ lupus clariſſime audire.

D ¶ Idem in libro. xxxij. Tradit etiã Ouidius lupum rheti circũdatum: cauda arenas arare atq3 ita conditum tranſire rhete.

E ¶ Areſto. Lupi marini cum intrant pelagus poſtea redeunt ꝛ aſcendũt ſuperi⁹ magna velocitate ſicut delphinus. Omes aũt lupi magnorum corpoꝝ anhelant aerem attrahentes.

F ¶ Ambroſius. Lupi deniq3 in mari ſunt teneri quos neſcit agnus timere. Et ſm yſaiam ſimul paſcuntur lupi ꝛ agni.



Capitulum. lv.

m Egar. Milag⁹: ꝛ Milu⁹. Ex li. de na. re. Megaris ẽ piſc3 marin⁹ duarũ palmaꝝ lõgitudinis. vilis habeꝰ in partib⁹ in q̃b⁹ capitur. ſed cũ ad remotiora ſalſus reduciꝰ: raritas ei⁹ pciũ facit. Recenter tñ capt⁹ ꝛ ſine ſale delicatiorẽ cibũ edẽtib⁹ facit Eſt aũt (vt ferꝰ) nociu⁹ pcipue febricitantib⁹. Unde poeta dicit. Et megaris noxius omnis erit. Iorath vbi ſ. Milago cũ ei⁹ pulli volant ſignificatio eſt ſup tempeſtatẽ maris. yſidor⁹ Milago piſcis eſt ſic nominat⁹: q2 ſup aquas euolat. Quotiens autẽ cerniꝰ extra aquã volitans tempeſtates mutari deſignat.

Operationes

¶ Ex li. d na. re. Milago volitat ſup vndas in ſignũ leticie: q2 ceſſauit tẽpeſtas. H cõtra morẽ alioꝝ piſciũ ꝛ mõſtroꝝ marinoꝝ q̃ oriente tempeſtate videnꝰ quaſi ſup aquas ludere. A

¶ Pli. li. ix. Milu⁹ ſubit in ſũma maria piſcis ex argumẽto appellat⁹ lucerna: linguaq3 ignea p os exerta tranquillitas noctib⁹ relucet. B

¶ Attollit e mari ſeſquipedalia fere cornua. ab hiſq3 nomen traxit. C

Capitulum. lvj.

m Ugilus. yſid. Mugilus ex eo nomen habet q2 ſit multũ agilis. Nam vbi diſpoſitas ſenſerit piſcatorum inſidias confeſtim retrorſum rediens. ita rhete tranſilit vt volare piſcem videas. Plini⁹. li. ix. Mugi-

lum natura ridet i metu capite abſcōdito:rotos ſe occultare credētiū.ijſdē tñ tanta facilitas:vt i fenice ꝛ narbonēſi puīcia coit⁹ tpe e viuarijs mare linea lōgiq̄ p os ad branchias religata emiſſum in mare.eodēq; linea retractū.femie ſeqͥt ad litt⁹:rurſuſq; feia3 mares ptus tpe. Jn narbonēſi puīcie:ꝛ i nemuſienſi agno ſtagno.ſc3 laterna appellato:vbi hoīes delphini ſocietate ꝛ mugilū piſcāt.mugilus ꝛ lupus odio flagrāt mutuo. Mugiles alioꝝ piſciū vim timētes ſup naues exiliūt: ꝛ tā pcipue velocitatꝫ ſunt vt trāſuerſa nauigia interim ſupiacent.¶ Jdē li.xxxij. Mugil ſcit i eſca hamū eē:atq; inſidias nō ignorat.tāta ē ei auiditas vt cauda verando cibos excutiat:¶ Jorath. Mugilus ē piſcꝭ velociſſim⁹ i aq̄s fluuialib⁹ ſ3 naturalr incaut⁹ nā deridet ei⁹ ſtulticia:cū in metu capite abſconſo:totū corp⁹ abſcōſū3 ac ſecuꝝ credit. hic cū lucio inimicitias h3 hyeme tm̄.ꝛ hmōi cā credit q2 tūc rar⁹ ē cib⁹,p q̄ dimicāt. Eſtate vero abūdat:ꝛ ideo ad ↄcordiā redigunt.

Operationes

A ¶ Plinius libro.xxxij. Cinis e capite mugilum ꝛ mulorum ſciaticos liberat



Capitulum.lviij.

m Us marinus. Muſculus ꝛ Muſtela. Mus marin⁹ ad terras exit:ibiq; foſſa3 faciēs oua parit.ac rurſus terra obruit. Poſt triceſimā vo diē rediēs iterꝝ foſſa3 aperit:ꝛ fet⁹ i aquā ducit.hoꝝ fetus inter initia viſu caret.ſicut fet⁹ oīm fere aquatiliū. Jſi. Muſcul⁹ dict⁹ ē:eo q̄ ſit balene maſculus. Eius coitu hec belua cōcipe phibet Sūt aūt muſculi cochlee q̄3 lacte cōcipiūt oſtree.¶ Pli.li.ix. Amicitie ſunt exēpla muſcul⁹ ꝛ balena. Q̄ñq; p graui ſupcilioꝝ pondere obrutis ei⁹ oculis infeſtantia magnitudinē in vada pnatās demōſtrat.oculoꝝq; vice fungit.¶ Jdē li.xi. Muſcul⁹ marin⁹ q̄ balenā antecedit nullos h3 dētes:ſ3 p bis ſetas int⁹.ob id etiā hirſutā dicūt appellatā.¶ Jdē in li.ix. Muſtele piſces mēſe deputāt q̄s inter alpes lac⁹ rechie bigrātinus emulas murenis generat.¶ Ariſto. Muſtela ſicē delphinus ꝛ foca viuos fetus de corpe ſuo edūt:et cū partus ediderint ſi erga ſuos catulos inſidias queq; molliri pſenſerint ipos tuent etatis tenere pauorē affectu materno cōpmūt: oraq; aperiūt.ꝛ innoxio dente part⁹ ſuos ſuſpendūt Jnterno q̄3 corpe recipe ac genitali aluo ferunt abſcōdere donec ad illos ſecuritatē deferāt.aut ſui corpis obiectu defendāt



Capitulum.lviiij.

m Urix. Jſido. Murix eſt cochlea maris ab acumie ꝛ aſperitate dicta.que alio noīe conchiliū dicit:eo q̄ circūciſa ferro lachrymas purpurei coloris emittat.ex q̄bus purpura tingit.ꝛ inde oſtru3 appellatū ē.q̄ hec tinctura ex hūore teſte elicitur. Murianus autē tradit muricē echineū. ¶ Pli.li.ix. Murices conche marine ſunt q̄ latent circa canis ortū tricēis dieb⁹:ꝛ ſtatuto tpe exeūt pcioſu3 liquorē tingēdis veſtib⁹ in medijs faucib⁹ hūt vtilē. Sed is color in ſola vena cādida reperit. Reliquū vo corp⁹ ſterile eſt. Viuis q̄3 tm̄ hic color exprimitur:

q2 morientes cū vita ſuccū euomūt. nō habēt ſpericū os neq3 rotundū nec in angulos, pdeſ unter roſtro ſed ad conche modū vtroq3 late re clauditᷣ. ¶ Jdem in eodē. Alia marina q̄ ſūt dure teſte vt murices: aut purpure ſaluiſ ario lentiore, pueniūt (ſicut a creſcēte humo re culices) atq3 ſpuma maris incaleſcente cū admiſſus eſt imber. Et he pariūt in vere.

Operationes

A ¶ Pliniꝰ li. xxxij. Muricum teſte cinis vtili
B ter cū melle illinitᷣ vlceribꝫ capitꝫ. ¶ Jdem q̄3 cinis bonū eſt dentifriciū. Et maculas purſ gat in facie mulierꝫ cū melle illinitus. cutēq3 erugat. extenditq3 ſeptenis diebꝫ illitꝰ: ita vt
C octauo candido ouoꝝ foueatᷣ. ¶ Jdē ex oleo valet ad parotidas ꝛ ſtrumas. Panniſq3 reſi ſtit vtroq3 modo. ſiue opus ſit incipiētes diſ
D currere: ſiue cōcoctos emittere. ¶ Jtē muri cū cinis cū oleo tumores tollit. Cinisq3 teſta rū eaꝝ melle mām̄as mlieꝝ efficaciter ſanat.



Capitulum. lix.

Urena. Jſido. Murenā greci mireſ
m nā vocant: eo q2 plicet ſe in circulos Hāc feminini tm̄ ſexū tradūt ꝛ a ſer pente ɔcipe. Ob id a piſcatoribꝫ tanq3 a ſerſ pente ſibilo euocatᷣ ꝛ capitᷣ. Jctu fuſtis diffi culter interimitᷣ. Ferula vero ptinꝰ aīam eaꝝ habere in cauda certū eſt Naꝫ capite pcuſſo vix interimitᷣ. cauda ſtatim exanimatᷣ. ¶ Pli. li. ix. Murena eſt piſcis longus molli cute intectus. hyme latet. Nec capitᷣ niſi diebus eſtatꝫ. ſicut conger ꝛ oēs ſaxatiles. Exit ī ter rā ſicut polippus. huic emulat ꝛ muſtela Qui buſdā piſcibꝫ date ſūt pīnne vice pedū. Quiſ buſdā vero nulle ſunt vt murenis. quibꝫ nec branchie. hec flexuoſo ī pulſu corpoꝝ ita ma ri vtuntᷣ: vt ſerpētes terra. in ſicco q̄3 repunt Murena q̄cūq3 menſe parit: cū ceteri piſces ſtatuto tpe pariāt. Oua eiꝰ citiſſime creſcūt. Jn ſicco littore elapſas vulgus coitu ſerpen tiū impleri putat. ¶ Ex li. de na. re. Murene ſicut dicit Piniꝰ libēter ſe tenēt inter harūſ dines ꝛ ligna: vt ſi forte rheti ɔcludantᷣ flexu multiplici euadāt. Hec morſum venenoſum hūt: ſed capitis eorundē cinere morſus ſanatᷣ Periculoſuꝫ eſt eas in cibū ſumere: niſi pus in vino optime ac diutiſſime decoquantᷣ. et ſpeciebꝫ aromaticꝫ maxīeq3 pipere cōdiantᷣ. venenoſo nāq3 abūdat humore. vn̄ nec de faſ cili cedūt coctioni. Jtē murenā iuxta Baſiſ liū. vipera ex aq̄s in ſiccū euocat ad coitum. ¶ Jorath vbi. ſ. Murena nō a ſuo ſilī ſ3 a ſer pente ſibilo ad ſociū euocata ɔcipit. nec aliſ q̄d tn̄ ſerpenti ſ3 ſibi ſile gignit. ¶ Ambro. Ui pera quidē ad littꝰ maris ſibilo murenā euo cat venenū ſuū vomit. Jlla ſtatim venit et cū eo coit: ꝛ poſt vipera venenū ſuū reſumit.

Operationes

¶ Piniꝰ vbi. ſ. Murene morſus capitꝫ ipſiꝰ A
cinere ſanatᷣ. ¶ Lichenas etiā ꝛ lepras ſoluit B
murenarū cinis cū ternis obulis mellis.



Capitulum. lx.

Ultipes. Ex li. de naī re. Multipes
m piſcis marinꝰ eſt. a re nomē hꝫ. huic pedeſ a latere, pcedūt Jn hyeme coit

⁊ inter ceteros piſces ſibi nidum ex ſurculis ↄſtruit. ꝑ duos mẽſes ouat. ⁊ hoc vnũ ouum tm̃ ad inſtar nucis paruũ. Femia ꝑ q̃dragin ta noctes ſedet: ⁊ ouũ a ſe editũ fouet ex q̃ fi unt piſces innũerabiles. Q̃ð ſi nõ eẽt: mult ũ coꝝ gen⁹ decreſceret. q̃ ſeipos inuicẽ conſu mũt. ⁊ multe comeſtiõis ſũt. Multipes aſtu tia magis q̃ꝫ fortitudĩe vincit karabo mon ſtrũ marinũ qð validũ eſt ac robuſtũ. Cuius victorie ſignũ. nã ſimul capti in rheti repiunt̃ Karabo frequẽter mortu⁹ inuenit̃ aut letali ter vulnerat⁹. Eſt etiã quoddã gen⁹ multipe dis naturaliter aſtutũ qð in aqua ſupnatat ⁊ dorſi teſtã ad ſolẽ ponit vt deſiccet̃ ac durioꝛ fiat. ſic vt ſalſas maris aq̃s ⁊ aduerſa ſcopu loꝝ pati valeat. ¶ Actoꝛ. Multipes ipe ẽ po lippus iuxta Pliniũ. de q̃ pleni⁹ īferi⁹ dicet̃.



Capitulum. lxj.

m Ulus vel Mullus. Ex li. de na. reꝝ Mulus eſt piſcꝫ marinus (vt ait Pli nius) modice quãtitatis gratia no bilitatis in eſum tm̃ datus nobilibꝫ. Rariſſi mus tñ eſt quẽ ſeptẽtrionalis tm̃ gignit oc ceanus. Hoꝝ tñ genera plura ſunt. Quidaꝫ alga ⁊ oſtreis ac limo ceterorũq̃ꝫ piſciũ car neveſcunt̃. Nobiliores aũt in inferioꝛi labio vel labro gemina barba inſigniunt̃. victuſq̃ꝫ coꝝ eſt qð iuxta ripas aeris ſerenitatẽ ↄcre uerit. Mulum nobilẽ expirantez numeroſa colorũ varietate ſpectari proceres gule nar rant. ¶ Seneca de naturalibꝫ queſtiõibus li bro. vij. Incredibilia ſicut iam ſuperi⁹ dictũ eſt ſunt opa luxurie in cubili piſcens natant: ⁊ ſub ipa menſa capit̃ qui ſtatim in menſam tranſferatur. Paꝝ recens videt̃ mulus niſi q̃ in cõuiue manu morit̃. Obſeruat̃ morientiũ coloꝛ: quẽ in multas mutationes moꝛs ipſa luctante ſpiritu vertit. Ruboꝛ pmuꝫ: deinde palloꝛ ſuffundit̃. longa ſomniculoſa inertiſq̃ꝫ luxurie expectatio. Nolunt attingere niſi eo dem die captũ: qui ipm (vt aiunt) mare ſapi unt ⁊c. ¶ Iſidoꝛus. Mulus vocatus eſt: eo q̃ꝫ mollis ſit ac tenerrimus. cui⁹ cibo tradũt libidinem inhiberi: ⁊ oculoꝝ aciẽ hebetari. hoĩes vero q̃ his ſepe paſti ſunt piſcem olent mulo in vitio necato. qui inde biberint tedi um vini habẽt. ¶ Alexander. Mulus bouis fimo delectatur adeo vt in ipo iaceat: ⁊ tin cturam caro piſcis ex fimo mutuetur.

Operationes

¶ Plinius. Mulus cõtra paſtinacas ⁊ ſcoꝛ piões terreſtres ſiue marinos: ⁊ dracões at q̃ꝫ ſpalangia prodeſt illit⁹: aut in cibo ſũpt⁹. A
¶ Einſdẽq̃ꝫ recentis a capite cinis ↄtra om nia venena valet. Et priuatim cõtra fungos. B
¶ Iterũ cinis e capite multoꝝ attritos ſcia ticos liberat. C
Cõburuntur autẽ in vaſe ficti li ⁊ cum melle debent illiniri. ¶ Mulos aũt in cibo inutiles neruis inuenio. D
Eoꝝ quoq̃ꝫ cibo tradũt oculoꝝ aciem hebetari. In mẽ ſtruis vero mulieꝝ auxiliat̃ mulus. Inuete rati muli ⁊ in potiõe triti vomitiões ↄcitant.
¶ Muloꝝ ſalſamenti cinis carbũculos diſ E
cutit. Mulus aũt in vino necatus (vt dictũ eſt) his q̃ biberint inde vini tediũ afferunt.

Capitulum. lxij.

Monachus marinꝰ et Monoceron.
m Ex li. de na. re. Monachi maris di-
cti ſunt: qꝛ caput hñt vt monachi re-
center raſi coronã deſup raſaz ⁊ cãdidã. ⁊ cir
culũ in modũ criniũ ſup loca auriũ. facie; tñ
nõ habet in toto ſimilẽ homini: qꝛ naſum ha
bet piſci ſimilẽ. ⁊ os naſo cõtinuũ. Ceterũ in
inferioribꝫ habet formã piſcis. hoc monſtrũ
hoĩes ſup ripas maris ambulãtes libẽter al
licit: ⁊ corã eis ſup aquas ludit: ꝙ ſi hominẽ
admirantẽ ꝓpinquare viderit appropinquat
⁊ ipſe. ⁊ ſi dat̃ facultas hoĩem rapit ⁊ traijcit
in ꝓfundum: ſicqꝫ carnibꝫ eius ſatiatur.

Operationes

A ¶ In eodem libro vt ſupra. Monoceron eſt
monſtrũ marinũ: habens in fronte cornu ma
ximũ: quo naues obuias penetrare poſſit: ac
deſtruere ⁊ hominum multitudinem ꝑdere.
B ¶ Sed in hoc pietas creatoris hũano gene
ri ꝓuidit: quia cum tardum animal creatum
ſit: naues eo viſo poſſunt effugere.

Capitulum. lxiij.

Arcos. Nautilos ⁊ Nubes.
Iſidorus. Narcos. teſte Ari-
n ſto: tante ꝟtutis eſt piſcis vt me
diante lino ⁊ calamo ad manũ
piſcatoris hamũ tenẽtꝫ accedat
ſtupor ⁊ inſenſibilitas: imo ⁊ totuz corpꝰ ſtu-
